ſub anni cõuerſione ⁊c̃. in hoc libello qui incipit Cũ multa ⁊c̃. ¶ Item in ingreſſu ſolis in ſcorpionẽ ſi fuerit venus orientalis: in ãni principio multos: in fine ṽo paucos denunciat imbres. occidentalis ṽo econtra. Soli etiã ĩ eodẽ ſigno coniũcta: anni ⁊ menſis illiꝰ in quo cõueniũt principia imbribꝰ emanant. Qđ ſi de venere aliter accidat dum ſol arietis exordia ingredit̃. oriente cõſtituto ceteriſq; cardinibꝰ firmatis que oriẽtalis termini dominiũ vendicauerit ſtella: hec beneficia pluuiarũ ꝑ totum annũ adminiſtrat. Ueneris itaq; ⁊ mercurij ⁊ lune aut ꝑtis alteriꝰ cum eadẽ applicatio uel cõuentus dum tres he ſtelle in ſignis morent̃ aquaticis. aut luna alteri applicat dũ nulli duarũ applicet imbres multiplicat. Mercuriꝰ etiã a marte corruptus aut ſub aduſtione conſiſtens ⁊ luna eidẽ applicans: primo paucas: medio multas nõ tñ ſine fulgure ⁊ tonitruis ⁊ aeris corruptiõe adducit pluuias. ¶ Rurſum eo anno pluuie rareſcũt quotiens luna cum marte fuerit: aut eidẽ venus applicet: ⁊ aut forte ſit a duſta: luna iterũ cum ſole aut marte: aut ſi ſaturno mercurius applicet ⁊ luna eorũ alteri in anni principio pluuie redũdant: in fine ṽo minuunt̃ nubiũ denſitate facta ⁊ etiã aere corrupto. nam ioue in ſigno aquatico exiſtente dũ venus ⁊ luna eidẽ applicent: eo anno multos: ſ3 martis cum eo applicatio pauci. Amplius orientalis dñs qui ⁊ ipſe toto anno imbriũ gaudet dñatu ⁊ cardine fortunatis applicans totum annũ reddit pluuioſum. Ipſe nanq; a marte corruptus idẽ cum eo ſignũ obtinens dũ tñ luna marti applicet: nubibꝰ multis ⁊ paucis manabit imbribꝰ. Signũ iterũ in quo cõueniũt ſi eſt aereũ: ⁊ luna ſit eidez applicata rores multiplicat ⁊ nebulas. Qđ ſi idem mercurius imbribꝰ fruat̃ dominio ⁊ ipſe corruptus: graues ⁊ multos eodẽ ãno nũciat imbres. Sicq; corruptio ex ventis ⁊ nubibꝰ generat̃. Si autẽ hic fuerit iupiter q̃uis corruptus ⁊ ſi pauce ſunt nulla tñ aeris erit corruptio. Uenus autẽ hanc dignitatez vendicans ⁊ marte infelice uel aduſto abſq; imbriũ ſtilla nebulas exauget ⁊ rores. Mars item eadez potius dignitate paucas pluuias pauciores rores inducit. Saturnus itidez ⁊ ſi paucis humectet imbribꝰ nebulas frequenter miſcebit: in ſigno tñ diſcurrẽs aquatico moduz pluuijs adhibebit. ⁊ adhuc ꝑ̃ſcripti dñi beniuolentia nubibꝰ accident nõ vlla quoq; induſtria venerẽ mercuriũ ⁊ lunã eorũq; ꝑ̃ſcriptos effectus neceſſe eſt. Alterna nãq; eorũ applicatio rores multiplicat aut detrahit luminari applicatione cũ fortunatis ⁊ infortunatis deprehenſa. Imbriũ quidã ꝓhibitio a marte ſole ⁊ ſaturno ꝓcedit. Saturnus tamen in aquaticis pl uuias inducit. ¶ Item in ingreſſu ſolis. hoc Haomar.

¶ Sole itaq primū libre ⁊ capricorni punctum ingrediente oriens firmet nō minus quoq ſtellarū loca pſcrutari neceſſe: quibꝰ diligenti obſeruatiōe pquiſitis ſi que ſit veneris ⁊ mercurij ⁊ lune applicatio ſ etiā martis locus ⁊ cui applicet mente puigili notandū eſt. nubiū eni obductio: ⁊ roris beneficiū: pluuiarūq modus iuxta omnē ſtellarū applicationē: ſicut de principio anni dictuz eſt: poterit deprehendi. Sole itaq primū ⁊c. hoc haomar ⁊c.

Capitulū vndecimū.

ITem ſi saturnꝰ prefuerit ſignificatori āni abſq reſpectu martis uel alteriꝰ: erit ſupfluitas frigoris in hyeme i vniuerſis regionibꝰ frigidis ſeptētrionalibꝰ. ⁊ regiōes vltra modū calide tēperabunt: ⁊ fortificabit in frigiditate ⁊ ſiccitate cū fuerit aſcendens in circulo ſue augis. ¶ Mars cū prefuerit ſignificatori āni tpabit frigꝰ hyemis in regionibus ſeptētrionalibꝰ. ⁊ opabit partē huiuſmōi cū in hyeme īuentꝰ fuerit in ſignis ſeptētrionalibꝰ ⁊ in eſtate in meridionalibus erit ſupfluus calor interimens aīalia. ¶ Itē ſi saturnꝰ ⁊c. hoc in dria q̄rti tractatꝰ Albumazaris. ¶ Itē cū intrat ſol librā. ſi venus ſit ſub luce ſolis ⁊ cū hoc ſit occidentalis: pluuia erit multa in exordio: ī fine autē pauca. Si autē orientalis ⁊ viſibilis erit pluuia econuerſo. Si vo fuerit actualitas ſua poſt illā horā p menſē ⁊ dimidiū: ſignificat multā pluuiā in medio āni: ⁊ quanto erit plus vnꝰ ſub radijs plus mutabit aer ad pluuiā. ¶ Itē cū intrat ſol librā ⁊c. hoc Alkindus. 8°. ca° hoc idem hyſpalenſis.

¶ Item ſub ingreſſu ſolis in libraz venus ante ſolē minꝰ. 30. gradibus diſcurrens ⁊ directa hyemis principia pluuijs humectat. Si vo nec ab inuicē diſtiterint circa finē ad ipſuz pmittit. Si vo maior q̄ȝ. 30. graduū fuerit diſtantia hyemis principiū frigore ſ paucis redundat imbribus donec interiectū ſpaciū ad minorē redeat quantitatē quotiēs autē ſuo curſu minor vno ſigno attendēda erit diſtātia annꝰ ille multiplices habebit pluuias maiorē quoq imbriū abundantiā ſolis ⁊ veneris in eodē ſigno generat pgreſſus. ¶ Itē ſub ingreſſu ſolis ⁊c. hoc in libello Cū multa ⁊c.

¶ Item anni pluuioſi ſtatus ab ingreſſu ſolis in librā vſq ad. 20. ſcorpionis gradū nō minꝰ a luminari applicatione cū ceteris ſtellis potiſſimū dependet. Stella igit cui luna applicat orietalis exiſtens. finē anni uel menſis aut etiam ebdomade monſtrat pluuioſū. occidentalis nāq predictorū initia imbriū beneficio decorat. Hec tamē applicatio pprie cum venere facta ⁊ mercurio que dicta ſunt minuunt. Alia nāq orientalis ⁊ altera occidentalis dum luna eiſdem applicatur cōes p totum annum necnō maximas denotat pluuias. Imbrium nanq multitudo

dum venus ⁊ mercurius ſcorpiũ capricornũ aquariuz ⁊ piſces ingredi
feſtinãt ꝑcipue manat. Sz etiã eorũ cũ luna de locis humidis nõ ſine
reſpectu applicatio:cũ ita ſe habeant pluuias generales iutiles oſten-
dũt. Luna ꝗꝙ alteri applicãte dũ alterã luna reſpiciat ꝗdiu reſpect⁹ in-
erit donec ab altera ſepet nõ aberit imbriũ multitudo. Luna itidẽ cum
ſaturno applicans molles ⁊ ſuaues pluuias ſz etiã quietas oſtẽdit ⁊ ne
bulas obſcuras ⁊ nigras. Si vͦ marti imbres ⁊ tonitrua ⁊ coruſcatio-
nes apportat plerũꝙ petras ⁊ grandinẽ ⁊ nubes croceas ⁊ ruborẽ de-
ſuꝑ ⁊ candorẽ habentes. Mercuri⁹ qdẽ hui⁹mõi aſſumpto ducatu plu-
uias ventoꝝ rabiẽ eoꝝꝙ aſperrimos nũciat diſcurſus: nubes etiã incõ
tinuas ⁊ diſperſas croceas quoꝙ ⁊ fumi colorẽ habentes inducit. Sol
autẽ ſi huiuſmodi ducatuz aſſumat:guttas grandines ⁊ nubes croceas
portendit. Uenus aũt eodẽ aſſumpto pluuias molles ⁊ cõtinuos rores
multos imbrib⁹ ſimiles ꝑfecto generat. Jupiter ſerenũ ⁊ ventos habet
ꝓpitios. Nõ aliter ꝗꝙ ceterarũ ſtellaꝝ adinuicẽ facta cõmunitas ſiue
mixtio cõem ut ſupradictũ eſt exhibet efficatiã. Sz illarũ etiaz ducatos
alternos:que nubiũ colores ⁊ aeris variationes. His ꝑmit⁹ cõpenſatis
ꝑ totũ annũ cũ difficultate remota ſpectare licebit. ¶ Itẽ Anni pluuioſi
⁊c̃. hoc Japhar ⁊c̃. ¶ Item notandũ ꝙ qñ ſol ad primũ gradũ ſcorpio
nis ꝓuenerit ſi mercuriũ ⁊ venerez orientales eſſe contigerit pluuias in
principio anni futuras nulli ſit heſitatio:potius quidez ſi luna creſcens
lumine in auſtrũ deſcendat venerẽ ⁊ mercuriũ reſpiciens aut ſaltẽ dum
ab altero ſepat alteri applicet ⁊ vndiꝙ recepta:ſic eñi ſub anni pricipio
pluuias indubitanter adducit. Utriuſꝙ rurſũ occidentalitas ⁊ lune cũ
vtroꝙ uel ſaltẽ alteruter applicatio ⁊ ipſa occidẽtalis videlicet ſub men
ſis principio ad ſeptimũ uel ad octauũ diem aſcendat ⁊ poſt ſolẽ vadat
ad occaſum:⁊ ipſa etiã deſcendens curſu velox ⁊ luce creſcens imbres ĩ
fine ãni ꝑtendit futuros. Si vͦ lunã ⁊ huiuſmodi ſtellas a dñis domo-
rũ ſuarũ uel regnorũ recipi cõtingat ex multiplici imbriũ nec inutili re
dundantia fruct⁹ ⁊ victualiũ ſeruat vbertas. Itẽ notandũ ꝙ qñ ſol ⁊c̃.
hoc in libello Cũ multa. ¶ Item cũ ſol intrauerit. 20. gradũ ſcorpionis
apta aſcendens angulos ⁊ planetas illa hora:poſtea aſpice iouẽ vene-
rem ⁊ mercuriũ:⁊ ſi omnes tres inueneris occidẽtales aut retrogrados
iudica ꝙ illo anno erũt multe pluuie ⁊ humiditates. Et ſi oẽs inuene-
ris orientales ⁊ directos ⁊ multi curſus ſignificat ꝙ illo anno erũt pau-
ce pluuie ⁊ humiditates. Poſtmodũ aſpice martẽ ⁊ ſi eũ inueneris ĩ ali
quo angulorũ maxime in medio celi in aliquo ſignorum aereorũ ⁊ ha
buerit aliquã cõmixtionẽ cũ mercurio ſignat tonitrua coruſcationes ⁊

pluuias dānabiles ⁊ fortes que veniūt vna hora ⁊ poſtea recedunt ⁊ ſi-
gna ⁊ locuſtas ⁊ damnū in aere. Et ſi mars fuerit in aliquo ſignorū ter-
reoꝝ ī angulo terre ⁊ fortune fuerint appodiate ⁊ habuerit cōmixtionē
cū mercurio ſignat terremotꝰ ⁊ apparitionē igniū in aere ⁊ res expaue-
ſcendas ⁊ damnū in mineris ⁊ ſulphuratis terris. Et ſi mars fuerit ī an
gulo terre in ſignis igneis ſignat combuſtionē aeris in terra ⁊ damnāt
omnes ꝓprietates terre ⁊ minere ⁊ damnant̄ ⁊ comburunt̄ meſſes. Et ſi
fuerit mars in angulo terre in ſigno aqueo ī aquis diminutionē ſignat
⁊ damnum in eo toto qd̄ eſt in illis de aīalibus ⁊ alijs rebus. Et ſi fortu-
ne habeant cōmixtionē cum eo minuūt ⁊ ꝓhibent damnū tonitruorū ⁊
coruſcationū in illo anno. Et ſi fortune cum illo nullā cōmixtionē ha-
buerint tonitrua ⁊ coruſcationes faciūt damna in illo anno ⁊ erunt ra-
dij multi. ¶ Et ſi vice martis in hoc fuerit ſaturnꝰ ⁊ fuerit in medio celi ī
aliquo ſignorū aereorū ⁊ habuerit cōmixtionē cū mercurio ⁊ fortune
ab eo remote fuerint ſignat damnū in aere ⁊ multas pluuias damnabi
les ⁊ durabiles que nō abſcindent̄. Et ſi ſaturnus fuerit in angulo ſicut
p̄diximꝰ ⁊ in ſignis terreis ⁊ habuerit cōmixtionē cum mercurio ⁊ fortu
ne ab eo remote fuerint: accident terremotus ⁊ apparebūt ſuꝑ terram
aque magne ⁊ ſimilia. Et ſi fuerit in ſignis aqueis ⁊ in angulo terre ⁊
fortune ab eo remote fuerint ⁊ habuerit commixtionem cum mercu-
rio minuent̄ aque in puteis ⁊ damnantur omnes res que morant̄ in
aqua de aīalibus ⁊ alijs rebus. Et ſi fuerit in ſignis terreis ⁊ ſub terra ⁊
fortune remote ab eo fuerint ⁊ habuerint cōmixtionē cū mercurio ſig̃t
damnū in terra ⁊ ꝓprietatibꝰ ſuis ⁊ minerijs: ⁊ ſi mercuriꝰ nō habuerit
cōmixtionē cum eo erunt ſignationes p̄dicte tn̄ minores ⁊ leuiores. Et
habuerit cōmixtionē fortunarū miſce ſignatores anni ⁊ temperabit̄: ⁊
etiā minuent̄ damna que diximus. ¶ Itē cum ſol intrauerit 20. ⁊c̄. hoc
haly in. 20º caº octaue ꝑtis. Idem in libro haomaris: ⁊ in. 6º ⁊. 8º capitu-
lis Alkindi. ¶ Item in introitu ſolis in. 20. graduꝫ ſcorpionis rectifica
aſcendēs ⁊ locū lune ⁊ alias ſtellas ⁊ vide vtrū luna veneri applicet uel
mercurio: veneris igit̄ mercurij orientales pluuias ſub anni principio:
occidentales ſub fine largit̄. luna eni lumine addens ⁊ cōpoto imbres
multiplicat vtrūqꝫ vo decreſcens remiſſius. ¶ Iteꝫ in introitu ſolis ⁊c̄.
hoc in libello Cum multa ⁊c̄. ¶ Item cū ſol ingredit̄ ſignum tropicum
venus in ſigno aquatico ⁊ luna extra aquaticū diſcurrente reſpecta eo
tempore modicas inſinuat imbres ſꝫ de aquatico reſpiciens eoꝝ por-
tendit redūdantiā. Item cū ſol ingredit̄ ⁊c̄. hoc haomar ⁊c̄.
¶ Sole itidem in. 18. graduꝫ ſcorpionis oberrante venus in aquaticis

vſq͡ȝ ad ſubmerſionem pluuias generat. In ſigno humido mediocres.
In ſicco modicas. ¶ Sole itidē ⁊c̄. hoc haomar ⁊c̄.

## Capitulū. 12. De parte pluuiarū.

AMplius ſub anni ↄuerſione ⁊ quartarū ei⁹ in princi pio
menſiū luminariū que cōiunctio duoꝝ luminariū. Pars
pluuie ſemꝑ eſt notandū: ea nāq͡ȝ de die a luna advenerē
In nocte vͦo ecōuerſo ē aſſūpta ⁊ a ſole ſumpto exordio
ſub numeri terminatiōe ꝑfectio occurrit In loco igit̄ plu
uiarū repta annuȝ indicat pluuioſum. luna quoq͡ȝ dū ad
martē ꝑueniet imbres die ipſa addiderūt ⁊ devenere nō aliud erit iudi
ciū. ¶ Amplius ſub anni cōuerſione ⁊c̄. hoc in libello Cū multa ⁊c̄.
¶ Venus itidem retrograda ⁊ ſol in ariete uel tauro ver iudicat pluuio
ſum. Item ipſa retrograda exiſtens dum ſol in capricorno uel aquario
cōmorat̄ hyems illa erit paucorū imbriū. Hec oīa ſub anni cōuerſione
notanda occurrunt. Item ipſa retrograda dū ſol capricornū aquariuȝ
uel piſces ꝑambulat oriētalis in vere facta imbres modicos indicat ſȝ
hyemis principiū multis humectat pluuijs. Naȝ ſi in hyeme orientalis
exiſtat eius initia rores. Ultima vͦo plurib⁹ redūdabit imbrib⁹ niſi ſtel-
la quelibet ſoli diſcurrat affinior. ¶ Venus itidē ⁊c̄. hoc in libello Cuȝ
multa ⁊c̄. ¶ Item eſtiuo tp̄e cum ſol ingredit̄ terminū martis fit ī eſta-
te eſtus. in hyeme vͦo paucitas pluuiarū. ¶ Item eſtiuo tp̄e. hoc in flori
bus hermetis. ¶ Item ſole in ſignis ſeptētrionalib⁹ cū marte facit calo
rem maximū. In hyeme cū ſaturno frigus magnū. ¶ Itē ſole in ſignis
⁊c̄. hoc in libro Almanſoris. ¶ Ad euidentiā p̄dictoꝝ ſciendū eſt quare
habeat̄ dn̄s anni q̄re hoc. ¶ Itē querit̄ vtrū poſſum⁹ habere aſcendens
⁊ alios angulos hora introit⁹ ſolis in arietē uel aliud ſignū. q̄re hoc.
¶ Itē dubitat̄ vtrū ann⁹ ille incipiat ab introitu ſolis in librā qn̄ fit ob-
ſeruatio introitus ſolis in eodē ſigno. Et dicit̄ ꝙ in principio anni erūt
multe uel pauce pluuie. ¶ Item dubitat̄ vtrū primus gradus ſcorpio-
nis ⁊ vigeſimus gradus eiuſdeȝ magis debeant quoq͡ȝ obſeruari q̄ȝ alij
gradus zodiaci. ¶ Item quando ſaturnus fuerit in directo arietis aut
in eius triplicitate in principijs reuolutionū ⁊ ipſe fuerit almuteȝ. dire-
cti curſus in angulo ſignat multas pluuias ⁊ paucum frigus. ſed cū fue-
rit non in angulis ⁊ aſpexerit aſcendens ⁊ receperit diſpoſitionem lune
⁊ martē ſignat vehementiā frigoris beſtias perimentis. Similiter autē
cū fuerit cadens ab angulis nec aſpexerit aſcendens ⁊ fuerit directus.
Si vͦo fuerit in geminis uel eius triplicitate ⁊ fuerit dn̄s anni in angulo
directus ſignat fortitudinē flatuū ventorū ſeptētrionis ⁊ vehementiam

frigoris ⁊ paucitatē pluuiarū. Et ſi fuerit retrogradus ſignat terremot⁹ ſpecialiter ſi ſit in angulo quarto. q̄ ſi nō fuerit dn̄s anni ⁊ fuerit in angulo q̄rto reſpiciens diſpoſitionē dn̄i aſcendentis multi hoīes morient̄ cauſa illorū terremotuū. Et ſi nō fuerit in angulo ⁊ aſcendēs ⁊ directus ſignat multiplices flatus euri ⁊ zephiri ⁊ magnā frigiditatē hyemis cuz terremotib⁹. Et ſi fuerit retrogradus ſignat infirmitates aduenientes hominib⁹ ex ventis ⁊ humiditate etiā motuū terre. Et ſi fuerit directus nō aſpiciens aſcendēs ſignat flatū ventorū ⁊ leuitatē eoꝝ ⁊ vehementiam frigoris in terra ſigni in quo fuerit. Et ſi fuerit retrogradus ſignat flatuz ventorū inceſſanter ⁊ fortitudinē eorū. ¶ Et ſi mars fuerit in hac triplicitate dn̄s anni nō aſpexerit aſcendens. ⁊ ſi directus ſignat deſtructionē vegetaliū cauſa valitudinis ventorū. ¶ Si v̄o ſaturn⁹ fuerit in cancro ⁊ eius triplicitate dn̄s anni in angulo directus ⁊ mars cadens ab eo ſiḡt vehementiā frigoris. Et ſi nō fuerit in angulo ⁊ aſpexerit aſcendēs ⁊ directus ſignat multas pluuias ⁊ frigus. Et ſi fuerit retrogradus ⁊ aſpexerit ſe cum marte ⁊ fuerit fortune ab eo cadentes augmentabūt frigus ⁊ aquas. Item quando ſaturnus. hoc Albumazar.

Capitulū. 13. De aſcendente ſigno in reuolutiōe anni q̄d ſignificet.

Item cū fuerit aſcendens alicuius temporū reuolubiliū aries aut p̄uenerit ad eū anni. ab aliquo predictorū locorū ſignat q̄ in ciuitatibus in quib⁹ fuerit almutez flabūt venti orientales ⁊ occidētales cū temperantia aeris q̄rte ſeptentrionalis aut q̄rte extreme ⁊ erit autumn⁹ ei ſi̇ꝉis in qualitate ⁊ vehementia frigoris in hyeme ⁊ augmentuz fluminū ⁊ ſiccitatis ⁊ fames in armenia. ¶ Cum fuerit taurus aſcendēs ⁊c̄. ſicut dicit̄ de ariete ſignat ibi flatū venti orientalis ⁊ occidentalis cū vehementia frigoris quarte vernalis: ⁊ bonā complexionē aeris quarte autūnalis ⁊ erit quarta hyemalis calida: ⁊ multiplicabūtur niues in medietate eius ⁊ corroborabitur frigus ⁊ fient pluuie pauce ⁊ tonitrua ⁊ fulgura cum caſu grandinis cum extenſionib⁹ mariū ⁊c̄.

¶ Cum gemini fuerit aſcendens ⁊c̄. erunt venti calidi in quarta eſtiuali ⁊ retentio aeris in quarta autumnali ⁊ multe pluuie in hyemali. Itē ſignat multa tonitrua coruſcatiōes ⁊ ventos orientales precipue in parte meridionali. ¶ Cum fuerit cancer aſcendens ⁊c̄. cū frigiditate quarte vernalis ⁊ mediocritate aeris quarte eſtiualis: ⁊ multos flatus ventorū occidentaliū ⁊ aqueductus frigus vehemens in quarta hyemali ⁊ temperamentū quarte autumnalis.

¶ Cum fuerit leo aſcendēs ⁊c̄. ſignat aerem tenebroſū horā poſt horā

cum mediocritate aeris q̄rte vernalis ⁊ declinabit ad frigus ⁊ erit vehe
mens caloꝛ in quarta estiuali ⁊ flabit ventus occidentalis in fine eiꝰ in-
cessanter ⁊ erunt multe pluuie ⁊ foꝛte frigus in quarta hyemali ⁊ pauci
venti in fine eius. ¶ Cum fuerit virgo aſcendens ⁊c̄. ſignat ꝙ erit aer te
nebroſus in hoꝛa poſt hoꝛam in quarta vernali plurium pluuiarū ⁊ in-
cessant̄ flatus ventoꝛū ſeptentrionaliū ⁊ vehementiū ⁊ ꝓſperabitur aer
quarte estiualis ⁊ erit quarta autūnalis mediocris ⁊ pꝛincipiū quarte
hyemalis mediocre ⁊ finis eius vehementis frigoꝛis. Et flabunt cū eo
venti ſeptentrionales cū augmento pluuiarū. ¶ Cum fuerit libꝛa aſcen
dens ⁊c̄. obſcurabit̄ aer in hoꝛa poſt hoꝛā ⁊ multiplicabit̄ flatus vento
rū calidoꝛū vehemēt̄ in quarta estiuali ⁊ equalitas erit quarte autum-
nalis ⁊ mediocritas quarte hyemalis. ¶ Cum fuerit ſcoꝛpio aſcendēs
⁊c̄. accident in aere tenebꝛe in hoꝛa poſt hoꝛā ⁊ pluuie multiplicabunt̄
⁊ erit quarta vernalis calida ⁊ nubes erunt pauce in ea ⁊ pluuie ⁊ ven-
tus ⁊ frigus ⁊ erunt estas ⁊ autumnus: ⁊ coꝛroboꝛabit̄ frigus hyemis ⁊
flabūt in medietate eius venti occidentales ⁊ multiplicabunt̄ in ea plu
uie ⁊ aqueductus magni. ¶ Cū fuerit ſagictarius aſcendens ⁊c̄. erit q̄r-
ta vernalis multarū pluuiarū ⁊ ventoꝛū. autūnalis quarta temperato-
rū ventoꝛū ⁊ quarta hyemalis frigida ⁊ humida. ¶ Cum fuerit capꝛi-
coꝛnus aſcendens ⁊c̄. ſignat multas pluuias in quarta vernali ⁊ bonus
aer in quarta estiuali ⁊ flatus ventoꝛū oꝛientaliū in eo cum caliditate
quarte autumnalis. ⁊ mediocris frigoꝛe in pꝛincipio quarte hyemalis
⁊ conſtrictionē eius in fine eius. ¶ Cum fuerit aquarius aſcendens ⁊c̄.
erit quarta vernalis mediocris in frigoꝛe cū vehementia caloꝛis in q̄r-
ta estiuali cum declinatione autūnalis ad caloꝛē ⁊ multiplicabunt̄ in
eo coꝛuſcatiōes ⁊ tonitrua ⁊ pluuie ⁊ coꝛroboꝛabit̄ frigꝰ in quarta hye-
mali cum multis niuibus ⁊ flatu ventoꝛū oꝛientaliū. ¶ Cum fuerit pi-
ſcis aſcendens ⁊c̄. ſignat multū flatum ventoꝛū occidentaliū ⁊ eſſe plu-
uiarū in quarta vernali ⁊ vehementia caloꝛis in quarta estiuali ⁊ me-
diocritatē aeris in quarta autūnali. ⁊ frigoꝛis multitudinem in quarta
hyemali. ¶ Scias etiam ꝙ ſi pars aſcendētis fuerit in pꝛima tertia ali-
cuius ſigni etiā in ſecunda uel in tertia uel fuerit directio in ea aliquod
almutez aut venerit ꝑfectio ad ipſam aut in p̄te ſeptentrionali uel meri
dionali iudicandū eſt ſm̄ naturā partiū ſignoꝛū in pꝛima tabula huiꝰ
inuentoꝛū. vnde in hoc ſequit̄ Albumazar Ptolemeū. ¶ Itē cum fue-
rit aſcendens ⁊c̄. hoc Albumazar in quarto tractatu de cōiunctionibus
magnis ⁊ hoc in. 12. differentijs extrahit̄.

## Capitulū decimūquintū.

Cum fuerit ſaturno ſignificatio albibuze ꝛ ſuꝑ aſcendens
alicuiꝰ inceptionis aut fuerit ei alcetabacia aut algebu-
cia apud equidiſtantiā curſuū ſepteutrionis ꝛ meridiei.
Si ſignificatio eiꝰ ſit ſuꝑ elementū aereū ſignat vehemē-
tiam frigoris ꝛ magnam congelationē:nubila vapores
flumina tonitrua coruſcatiōes ꝛ decurſum niuiū. In aq̄-
tico vehemen tiā frigoris in mari ꝛ augmentū ſuꝑfluū eius. Significa-
tio v̄o eius ſc̄m modū cōmixtionis ad ſignū arietis apud equidiſtantiā
eius ſignat impetuoſitatē ventorū ꝛ fortaſſe accidet vehemens calor.ꝙ
ſeptētrionalis fuerit ſignat vehementiā caloris:meridionalis v̄o vehe
mentiā frigoris ꝛ niuiū ꝛ multū roris. Sed retrogradus touitrua ꝛ co-
ruſcationes. Si fuerit equidiſtans ſigno tauri niues pluuias inceſſant
ꝛ vehemens frigus ſeptētrionalis temperamentuꝫ aeris:meridionalis
pauca temperantia.orientalis pluuias.ſub radijs vehementiā frigoris
in oriente ꝛ occidente pluuias ꝛ ventos.¶ Si fuerit equidiſtans ſigno
geminorū ſignat inceſſantē flatū ventorū validorū ꝛ multitudinē plu-
uiarū:ſeptētrionalis terremotꝰ ꝛ ventos validos:meridionalis ſiccitatē
ꝛ vehementiā caloris: occidentalis paucitatē pluuiaꝝ cū groſſitie aerꝭ
ſub radijs vehementiā frigoris valitudinē ventorū ꝛ multas aquas.
¶ Si fuerit equidiſtās ſigno cancri ſignat multū gelu pluuias ꝛ aquas
meridionalis multas pluuias ꝛ oriētalis ſi͞lr̄. ¶ Si fuerit equidiſtās
ſigno leonis ſignat inceſſantē flatū ventoꝝ calidorū paucitatē pluuiaꝝ
ꝛ vehementē ſiccitatē.meridionalis multitudinē pluuiarū.oriētalis au-
gmentū fluminū ꝛ inundationē eoꝝ. retrogradus corruptioneꝫ aeris ꝛ
ventos validos.ſub radijs paucitatē pluuiaꝝ ꝛ validitatē ventorū.
¶ Cū fuerit equidiſtans ſigno virginis ſignat corruptionē aeris cū me-
diocritate pluuiaꝝ. ſeptētrionalis bonitatē cōplexionis aeris ꝛ ſimilr̄
meridionalis. orientalis multitudinē pluuiarū tonitruorū coruſcatio-
nū ꝛ augmentū aquarū in fluminibꝰ.occidentalis paucitatē pluuiarū:
ꝛ ſub radijs paucitatē pluuiarū ꝛ ſi cū eo ibidē fuerit mercuriꝰ turbabit̄
aer cū valitudine. ¶ Cū fuerit equidiſtās ſigno libre ſignat inceſſantem
flatū ventorū.ſeptētrionalis hoc idē cū fortitudine eoꝝ.occidētalis ſic-
citatē cuꝫ vehementia frigoris:ꝙ ſi aſpexerit iupiter aut luna potiſſime
cū fuerit ſub radijs turbabit̄ aer ꝓpter ventos ꝛ calorē. ¶ Et ſi fuerit eq̄-
diſtans ſigno ſcorpionis ſignat fortitudineꝫ hyemis cū multitudine ni-
uiū.ſeptētrionalis vehementiā caloris.meridionalis multitudinē plu-
uiarū.retrogradꝰ ſiccitatē aeris ꝛ ſi fuerit iupiter ꝛ luna ꝓpinqui ſignat

coruſcationes vehementiã frigoris ⁊ caſũ niuiũ ⁊ inundantiã aquarũ. ¶ Si fuerit eqdiſtans ſigno ſagictarij bonã cõplexionẽ aeris.ſeptẽtrionalis flatũ ventoꝝ.orientalis bonã aeris cõplexionẽ. ¶ Si fuerit equidiſtans ſigno capricorni multitudinẽ pluuiaꝝ ⁊ terremotũ.ſeptẽtrionalis multã niuẽ multitudinẽ gelu ⁊ humiditatũ.meridionalis hoc idem. ſub radijs grandines ⁊ vehementiã pluuiaꝝ ⁊ valitudinẽ ventoꝝ. ¶ Si fuerit eqdiſtans ſigno aquarij: multitudinẽ pluuiaꝝ: inceſſantẽ motum ventoꝝ ⁊ terremotũ in illo ãno.meridionalis ſupfluitatẽ pluuiaꝝ ⁊ nubiũ multitudinẽ.retrograd⁹ niues cum vehemẽtia frigoris. ¶ Si fuerit eqdiſtans ſigno piſciũ vehementiã caloris ⁊ frigoris in ſuis tꝑib⁹.meridionalis multitudinẽ pluuiaꝝ ⁊ augmentũ fluminũ.ſeptẽtrionalis multitudinẽ flat⁹ ventoꝝ.orientalis paucitatẽ pluuiarũ.ſub radiis multitudinẽ aquarũ cũ frigore: ꝙ ſi mars cũ eo fuerit ſignat paucitatẽ pluuiaꝝ Cũ fuerit ſaturno ſignificatio albibuze ⁊c̃. hoc Albumazar in cõiũctionibus magnis in prima differentia tractat⁹ qnti ⁊c̃.

Sequit̃ tertia pars de iudicijs vlĩbus mutationũ aeris ꝑ cõiunctiones ⁊ oppoſitiones luminariũ. Capitulũ primũ.

Cum fuerit Venus in oriente uel ĩ alio cardine hora ↄiũctionis uel oppoſitiõis luminariũ certũ ⁊ forte iudicium pluuiarũ dux etiã ſub cõuentu ⁊ oppoſitiõe ſolem reſpiciẽs imbrẽ affirmat multiplicẽ. Uenus etiã ſub radijs ſub q̃libet reſpectu ꝑtis cardinis multiplicat imbres grauiſſimos. nã quotiẽs luna eidẽ applicat pluuiã facit. ⁊ de ſole in hunc modũ firmiſſimũ in aliq̃ ꝑtis cardinũ ipſi⁹ ſiue ei⁹ orientе.dom⁹ quoq; orientis in ſigno aquatico ſub ducis cõuentu uel eidem applicãs. ¶ Cũ fuerit venus ⁊c̃. hoc in libello q incipit Cũ multa ⁊c̃.

Capitulũ ſecundũ.

Item rectifica angulos hora cõiunctiõis uel oppoſitiõis luminariũ ĩmediate ꝑcedentis introitũ ſolis in eqnoctialib⁹ ⁊ ſolſtitialib⁹ in illo climate in q̃ ſcire volueris: ſicut fit in natiuitatib⁹. poſtea accipe gubernatores locorũ cõiunctionũ uel oppoſitionũ ⁊ angulo ꝝ q hec loca ſequũt̃. ſicut fit in facto eclypſim. poſtea cõſidera rem generalez

ꝓuenientē a ꝓprietatib⁹ q̄rta⁊ ⁊ a nā planetarū gubernantiū inſpiciēdo cui⁹ q̄litatis ſint. ſciēs augmentū ⁊ diminutionē accidentiū ꝓprio⁊ illi⁹ q̄rti. Eodē mō fac in factis menſiū: inſpiciēdo tñ ad ꝯiūctiōes ſequētes ſi q̄rtū illud fuerit ꝯiūctionale uł ad oppoſitionē ſi fuerit oppoſitionale ꝯſiderādo ad angulos ⁊ planetas gubernātes ambo loca q̄ diximus.
¶ Poſtea ꝯſidera appitionē ſtella⁊ fixa⁊ q̄ ſūt circa appitionē planetarū aut elongationē vni⁹. ſ. ab alio ⁊ i ſuis ꝓprietatib⁹ ⁊ in ſtatib⁹: ⁊ q̄s ventos mouēt hee ſtelle ⁊ ptes ſigno⁊ in q̄b⁹ ſūt. ſilr̄ ꝯſidera a pte cuius venti ē latitudo lune ſi remouebit̄ a zodiaco ſigno⁊: ita ꝙ p hec oīa poſſumus ſcire q̄s magis vincit de ſuis ventis i ſtatu mēſis. ¶ Itē rectifica angulos ⁊c. hec ſnīa Ptolemei in. 9⁰. ca⁰. 2ⁱ tractat⁹ 2ᵉ ptis 2ⁱ q̄driptiti. Dicit haly ibidē exponēdo Ptolemeū. Sciam⁹ p̄mo accidens vl̄e. ſ. q̄d erit q̄ñ erit. poſtea inſpiciem⁹ in q̄ q̄rta āni: accipiēdo opationē ab accidēte ad res ꝓprias illi⁹ q̄rti. Poſtea rectificabim⁹ aſcendēs ⁊ angulos alios ꝯiūctiōis p̄cedētis introitū ſolis i illud q̄rtū: ⁊ planetas ⁊ ſtellas fixas. ⁊ audiam⁹ q̄d totū ſignificet. vbi grā Ponam⁹ ꝙ accidēs ꝓueniēs ex ſignificatiōe vl̄i ⁊ gubernatore illi⁹ ſit frigiditas: ſi hoc fuerit i eſtate dicem⁹ eſtas erit modici caloris: ⁊ ſic de alijs ſuo mō. ita ꝙ fortitudinē accidētis ⁊ q̄le erit ſciem⁹ a nā gubernatoris ſm ꝙ cōcordauerit cū q̄litate illi⁹ q̄rti. Eodē mō faciem⁹ in cōiūctionib⁹ q̄ caput menſiū dicunt̄: ſi q̄rtū fuerit cōiūctionale: uel oppoſitiōib⁹ ſi q̄rtū fuerit oppoſitionale: ita ꝙ Ptolemeus certū principiū tpis tenet: eſt a ꝯiūctiōe uel oppoſitiōe q̄ eſt circa illū introitū ſolis in aliq̄ q̄rto⁊ p̄dicto⁊ū: q⁊ virt⁹ gubernatoris remanet ⁊ durat donec durauerit illud q̄rtū. ¶ Ambo loca ⁊c. ſ⁊ haly vna ē ꝯiūctio uel oppoſitio q̄ eſt circa punctū illi⁹ q̄rti q̄ ſol ingredit̄. Alia eſt cōiunctio uel oppoſitio principij menſis in illo q̄rto. Inſpiciem⁹ eñi quis dñabit̄ in vna ⁊ in alia: ⁊ vincit ille qui fuerit magis cōco⁊s cū ꝓprietatibus illius quarti: ⁊ cum vl̄i ſm ꝙ videbimus de poſſe illius virtutis uel debilitatē. Nō eñi ſemꝑ accidens vl̄e illius quarti vincit accidēs pticulare ſ⁊ multotiēs eſt ecōtra. Sole aūt exiſtēte i leone accidit q̄ñq⁊ maior frigiditas q̄ eo exiſtēte i aquario. Cōſidera igit̄ gubernatores: nā ſi fuerint plures aut fortiores quantū ad ſuos ſtat⁹ eſſentiales: ⁊ accidētales fuerint ꝯſil̄es: tūc nō dubites iudicare. ¶ Itē ſm haly q̄ñ ſciem⁹ de eo q̄ dñat̄ in q̄rto ⁊ de eo q̄ dñat̄ in menſe q̄d accidit in illo q̄rto ⁊ i illo mēſe illi⁹ q̄rti a ptib⁹ ambab⁹. Et de appitione ſtella⁊ fixarū q̄ apparebūt circa: ⁊ de applicatiōe planeta⁊ vni⁹ cū alio: ⁊ elōgatiōe ſua ⁊ declinatiōe ſua⁊ latitudinū: ⁊ ꝓprietate ſigno⁊ ⁊ ſuarū partiū in quibus ſint: ⁊ hec omnia cōmiſcebunt̄ ad inuicē ⁊ ſciemus virtutē vincentē: iudicabimus

ſm hoc rem contingentē quolibet tpe ⁊ quolibet quarto ⁊ ꝗlibet menſe
hic enī eſt loc⁹ ꝙ bene ītelligenti ipſū ſufficit in hac arte. ¶ Immediate
ꝓcedentis ⁊c̄. Hec eſt opinio Ptolemei ⁊ pluriū aliorū. Uidi tñ quedā
iudicia facta de ſtatu anni ⁊ menſiū a quibuſdā ſolēnib⁹ doctorib⁹ qui
iudicabant ſtatū quarti ꝑ cōiunctionē uel oppoſitionē poſt introitū ſo-
lis in illud quartū videlicet qñ cōiunctio uel oppoſitio in die introitus
uel in ſequēti die ⁊ hoc nō videt̃ mihi incōueniens ad pñs. ¶ In natiui-
tatibus ⁊c̄. Ptolemeus vult ꝙ rectificent̃ anguli ⁊ cetere dom⁹ preciſe ⁊
ſituent̃ in domib⁹ debitis planete ut videant̃ eoꝝ ſtatus eſſentiales ⁊
accidentales ſicut fit in iudicijs natiuitatū ⁊c̄. Et anguloꝝ qui hec loca
ſequunt̃ ⁊c̄. Hoc exponit̃ dupliciter. Uno modo ꝙ ſufficit aſpicē ad hūc
angulū qui ſequit̃ locū cōiunctiōis uel oppoſitiōis in ſitu ⁊ iſto mō nō
facerem⁹ ſicut fit in eclypſib⁹ qꝛ prius accipiebam⁹ illum qui eſt añ ecly-
pſim ⁊ poſtea illū qui ſequit̃ ut patuit in tractatu ꝓcedenti. Alio modo
exponit̃ ꝙ illi anguli ſequunt̃ loca cōiunctionū uel oppoſitionū in vir-
tute ⁊ iſto modo deberes illū angulū accipere primo quē iudicares eſſe
fortiorem. ⁊ ſic poſſemus etiam accipere angulū qui eſt ante cōiunctio-
nem uel oppoſitionē in ſitu ſicut fit ī eclypſibus. ⁊ credo ꝙ hec eſt inten-
tio Ptolemei. Sed ad hoc aliquis poſſet dicere ꝙ bene ītellexerit Pto-
lemeus de angulo qui ſequitur in virtute ſed mirabile eſſet ꝙ occidens
ꝓferret̃ qñq; medio celi ⁊ medium celi aſcendenti. nec etiā eſt ſimile qꝛ
in eclypſibus iudicat̃ de his que apparent ſuꝑ terraȝ. Sed cōiunctiōes
⁊ oppoſitiones de quibus trahit̃ hec doctrina qñq; ſunt ſub terra: qñq;
vo ſupra terram: ideo rationabiliter aſcendens qꝛ eſſe fortius in virtute
ꝙ̄ alij anguli eſſet ſemꝑ ille angulus qui ſequit̃ ī virtute locū cōiunctio-
nis uel oppoſitiōis ⁊ huic ſententie videt̃ adherere in expoſitiōe ſecūde
ꝓpoſitiōis ſecūdi capl'i ut videbit̃ infra. ¶ Ad cōiunctionē ſequentē ⁊c̄.
Hic patet ꝙ virtus vni⁹ cōiunctionis poteſt durare ad aliam cōiunctio-
nem ſi iudicia menſiū fiant ꝑ cōiunctionē ⁊ virtus oppoſitionis ſi fiant
ꝑ oppoſitionē. Apparitionē ⁊c̄. Hoc intellige qñ incipiunt occultari ſub
radijs uel qñ incipiunt exire de ſubradijs ⁊ melius apparebit inferius
Elongationē ⁊c̄. ſm aliquē aſpectum ⁊ hoc eſt valde neceſſariū. ¶ Et de
ꝓprietatib⁹ ⁊c̄. Hoc vtrū ſint calidi uel frigidi ⁊c̄. orientalis uel occiden-
talis directus uel retrograd⁹ ⁊ ſic de alijs. Quos ventos mouēt hee ſtel-
le ⁊ partes ſignorū. hoc habet̃ ꝑ introductoriū ꝓcedens zodiaco ⁊c̄. hic
accipit zodiacum ꝑ eclyptica. Hec autē omnia magis patebūt inferius
dño concedente.

Capitulũ tertiũ Quõ anni reuolutio oſtendit auram.

Item ſcias aſcendẽs ↄiũctionis uel oppoſitiõis ꝛ locũ eiuſdem ꝗ fuerit i introitu ſolis in arietẽ ꝛ loca aliorũ planetarũ. Unde ſi ſaturnũ ĩueneris in aliq̃ anguloꝝ ab aſcendente aut in aliq̃ anguloꝝ a dño aſcendẽtis firmũ in eodem loco in aliqua dignitatũ ſuarũ ꝛ maxime in angulo medij celi ſignat diuerſitatẽ in aere ꝛ dãnũ ꝛ tenebras in tpe caloris minuit calorẽ: ꝛ in tpe frigoris facit magnũ frigus ꝛ ſi remotus fuerit ab angulis erunt tpa ſtabilia ꝛ equalia ſicut eſſe debẽt. tũ qñ ſaturnus fuerit in angulo a dño aſcendẽtis minor ꝛ debilior erit ſignificatio ſua ꝗ̃ qñ fuerit in angulo ab aſcendẽte. Et ſi mars fuerit in eodẽ ſtatu ſicut diximus de ſaturno ꝛ maxime in medio celi augebiť calor i medio caloris ꝛ minueť frigus in tpe frigoris ꝛ ver ꝛ autumn⁹ declinabunt ad calorẽ. Et ſi eodem modo quẽ dixim⁹ iupiter ꝛ venus aut luna fuerint aptãt ꝛ temperãt aerẽ ꝛ faciunt naſci ꝛ creſcere illud qđ ſeminať ꝛ plantať. Et aſpice ſimiliter mercuriũ q2 ſi eũ inueneris in medio celi ab aſcendẽte cõiunctionis ꝛ fuerit in aliquo ſignorũ aereoꝝ ꝛ aliq̃ fortuna fuerit in aliquo angulorũ mercurij ſignat diuerſitatẽ in aere ꝛ ventos multos ꝛ dãnabiles ꝛ hoc modo iudicabis qñ inueneris aliquam fortunarũ in angulo a mercurio aut mercuriũ in angulo a fortuna q2 i hoc tantũ valet quantũ cũ fortuna fuerit in ſigno coniunctionis. Unde qñcũq3 inueneris planetã in angulis ab aſcendẽte cõiunctiõis aut i ſuccedentib⁹ pone eũ ꝑ ſignatore. poſtea inſpice cuiuſmodi cõmixtiõis ſit ſc3 cũ ſaturno ꝛ marte ꝛ ſi ĩueneris eũ mixtũ ꝺ q̃rto cũ marte uel cõiunctione uel oppoſitiõe ꝛ mars fuerit in aliq̃ ſignorũ igneoꝝ creſcit calor in tpe caloris ꝛ minueť frigus in tpe frigoris. Et ſi aſpectus fuerit de 3° uel ſextili ꝛ mars in ſignis igneis ſignat id qđ dixim⁹ ſ3 nõ tantũ. Et ſi ſignator habuerit cõmixtionẽ cũ ſaturno de q̃rto uel cõiũctiõe uel oppoſitione ꝛ ſaturn⁹ fuerit in ſignis frigidis ꝛ ſiccis aut frigidis ꝛ humidis creſcit frigus tpe frigoris. ꝛ minuiť calor tpe caloris. Et ſi aſpect⁹ fuerit de tertio uel ſextili ꝛ ſaturn⁹ in ſignis ante dictis ſignat id qđ diximus ſ3 nõ tantũ. Et ſi ſaturn⁹ nõ fuerit in ſignis frigidis ꝛ humidis ſ3 fuerit i ſignis calidis ꝛ humidis que ſũt gemini ꝛ ei⁹ triplicitas ꝛ habuerit cõmixtionẽ cũ ſignatore ꝺ q̃rto uel cõiũctiõe uel oppoſitiõe ſignat ꝙ aer erit temperat⁹ de bona complexiõe ꝛ ſi hec mixtio fuerit de trino uel ſextili eo exiſtẽte in ſignis ſupradictis eſt maior ꝛ maioris tẽperiei ꝛ cõplexionis melioris. Siliter ſi mars habuerit cõmixtionẽ cum ſignatore ꝛ fuerit in ſignis ſiccis ꝛ frigidis aut frigidis ꝛ humidis ꝛ cõmixtio fuerit de

q̄rto cōiunctione uel oppoſitiōe tēperat aerē ⁊ facit illū bone cōplexio-
nis. Et ſi aſpect⁹ fuerit de trino uel de ſextili eo exiſtēte in ſignis p̄dictis
tēperantia erit maior ⁊ creſcent oēs res q̄ naſcunť ⁊ generanť. ¶ Et ad-
iuua te in hoc a p̄te aeris ventorū p̄ticipē cū ſignatore. Et ſi ſaturnū aut
martē inueneris cum luna uel eius dn̄o: iudicabis ab eis ſicut ante dixi
mus ꝑ exiſtentiā eoꝝ in angulis ⁊ aſpectib⁹ ſignatoris. Hanc eni partez
accipies a gradu mercurij: ſi nō fuerit in domo ſua accipe ſuoſmet gra-
dus ⁊ minuta ſua: addēdo eis gradus ſigni aſcendentis ⁊ ꝓijciendo ab
aſcendēte: ⁊ vbi applicuerit ibi eſt pars. Et idē facies in introitu in q̄rtis
que ſūt aries cancer libra capricorn⁹. Silr̄ fac in introitibus ſolis in
quolibet. 12. ſignoꝝ principio. ¶ Itē ſcias ⁊c̄. hoc dicit haly abenragel
26°. ca° octaui libri. Idē haomar ⁊ Alkindus. 8°. ca°. q̄uis ꝑ alia verba.
Sciendū eſt q̄ eſſe in ſeptima domo aſcendētis ⁊c̄. quere hoc.

## Capitulū quartū De pluuijs anni.

Item aſpice priuſq̄ ſol intrat principiū arietis cōiūctio-
nem luminariū uel oppoſitionē eorū que fuerit ante: ⁊ ſi
fuerit ſignū aſcendēs de ſignis pluuie ſignat hoc ſup̱ plu
uiā q̄ deſcēdet in illa cōiunctiōe uel oppoſitiōe: ⁊ eo ma-
gis ſi locus oppoſitiōis uel ꝯiūctionis fuerit ī vno angu
loꝝ aſcendētis in illo t̄pe ſm̄ latitudinē regionis ad quā
luminaria equaueris: q̄ ſi locus oppoſitiōis uel cōiūctiōis fuerit ī vna
domorū cadentiū: iudica q̄ nō deſcendet pluuia in toto illo menſe: nec
in maiori p̄te illi⁹ anni. Si autē ſignū aſcendens fuerit de ſignis aqueis
⁊ dn̄s ipſius ſigni aſpiciat lunā hec ſignificatio completa ſup̱ deſcenſio
nē pluuie. Et ſi fuerit almutez in aſcendente tunc erit magis. Si v̄o fue
rit almutez cū luminarib⁹ tunc erit pluuia vſq3 ad abundantiā. ¶ Qd̄ ſi
ſcire volueris diem in quo deſcendet pluuia tūc debes conſiderare diē
in quo luna ꝑueniet ad gradū aſcendentis: tunc eni deſcendet pluuia.
Et ego Abraham dico q̄ verū eſt ſi fuerit ſignū aſcendens vnus angu-
lorum ſigni illius terre uel ſi aſpiciat ipſum quocūq3 aſpectu. nam ſi nō
eſſet nō conſiſterent qd̄ nubes ⁊ nō deſcenderet pluuia ⁊c̄. ¶ Itē aſpice
priuſq̄ ſol ⁊c̄. hoc in libello abrahe in. 2°. ca°. qui incipit Sciendū ⁊c̄. qd
intelligat ꝑ ſignum terre ſm̄ Iohannē de ſaxonia intellexit ſignū quod
fuerat aſcendens hora reuolutionis. Aliter etiā pōt dici q̄ ſignum ali-
cuius terre diciť illud cū quo maiorē habuerit concordantiā. ⁊ hoc ha-
bebať prius a Ptolemeo ⁊ ab alijs in fine primi hui⁹. Item ſciendū q̄
inter ſigna aquatica iſte enumerat aquariū ⁊ leonē ⁊c̄. ſed hoc eſt prius
dictum.

## Capitulum quintũ.

ITem inquire locũ ⁊ horã cõiunctionis uel oppoſitiõis p̄ceden-
tis introitũ ſolis in arietem ⁊ librã: preter hoc cõperiũt indi ho-
ram inroitus ſolis in. 20. gradum ſcorpionis. affirmant autem
ab illo tꝑe aquam in puteis augmentari. cõperies etiã quantũ
diſtant ſinguli planete a capite arietis in hora cõiunctiõis uel oppoſi-
tionis: ⁊ in qua manſione ſint ſinguli planete ſemꝑ cõputando. 13. gra
dus ⁊ tertiã vniꝰꝑ vnaquaqꝫ manſiõe a capite arietis inchoãdo. Inqui
res tertio ad quẽ planetã luna aſpectu habeat recedẽs a minuto gradꝰ
in quo fuerit oppoſitio uel ꝯiũctio. ꝙ ſi aſpexerit ſaturnũ ⁊ vterqꝫ fuerit
in mãſione humida ⁊ ſi nõ ſit ĩpeditꝰ ſaturnꝰ ab aſpectu iouis. erũt nu-
bes nigre ⁊ pluuia lenta ⁊ durabilis. Et planete ĩferiores aſpexerint ſa-
turnũ. ſ. venus ⁊ mercuriꝰ erit pluuia maior ⁊ durabilior: ⁊ hec eſt ꝯſide
ratio ad cõperiendũ pluuias ãni. Siliter ꝯſiderabis ꝯiũctiões oppoſi-
tiones ⁊ q̃drata in ſingulis menſibꝰ ad cõperiendũ pluuias mẽſiũ ⁊ ad
ĩueniendũ diẽ in q̊ pluuie incipiãt: ingre diſtantiã in q̊ fuit ꝯiunctio uel
oppoſitio uel q̃drata ad gradꝰ planete pluuialis. ⁊ ſi luna fuerit ĩ ſigno
mobili: da cuilibet diſtãtie graduũ horã vnã: ⁊ in firmo cuilibet gradui
diẽ: ⁊ ſi in cõi in prima medietate ſingulis gradibꝰ dies ſingulos ⁊ ĩ alia
cuilibet gradui horã vnã: ⁊ vbi terminabiť diſtributio: in die eodẽ ⁊ ho
ra erit pluuiarũ initiũ. ¶ Subtiliſſimi igiť indorũ cõſiderãt tarditatẽ ⁊
velocitatẽ pluuie ſm velocitatem ⁊ tarditatẽ curſus lune ⁊ ſm augmẽ-
tum luminis ſui ⁊ noticie: dicentes augmentũ ⁊ velocitatẽ pluuie ſeq.
Si planete cui vim dat ſiliſ ſit lune ĩ accidentibꝰ p̄dictis interiacentibꝰ
lunã ⁊ planetaꝝ: totidẽ horas ſupputabis in velocitate ⁊ tarditate ⁊ in
minutione totidẽ dies ut veniat pluuia. ꝙ ſi cũ p̄dictis mars aſpexerit
ſaturnũ maior fit tardatio donec luna ad locũ ſaturni ꝑueniat uel op-
poſitionẽ uel quadratũ. Et ſi ſaturnus fuerit in manſiõe ſicca ⁊ luna ei
vim dat ⁊ neuter inferiorꝫ ipſum aſpiciat ertt nubila abſqꝫ pluuia. Et
ſi luna dat vim Ioui vtroqꝫ exiſtente in humido ⁊ alter inferiorum io-
uem aſpiciat ros erit ⁊ nebula tantũ: ꝙ ſi ioue ⁊ luna ſic poſitis ⁊ neu-
ter inferiorꝫ iouem aſpiciat ⁊ ipſe applicat ad ſaturnũ uel aſpiciat ſa-
turnũ pluuia erit. Et ſi luna ⁊ mars fuerint in manſionibꝰ humidis ⁊ al
teruter inferioꝝ martẽ aſpiciat: ſequeť nubila terribilia tonitrua lam-
padũ ⁊ grãdo: ⁊ nõ pluet niſi mars aſpexerit iouẽ uel ſaturnũ. ¶ Hic no
tandũ ꝙ mars quolibet aſpectu ſignificatione imbriũ exauget lunã ⁊
ſtellã cũ applicuerit: in generãdis pluuijs oĩno iuuat. Illa enĩ eidẽ ꝑ ſe
⁊ principaliť applicãte ineſt dilatio. Si ṽo aliť accidat nec ſignat ⁊ idẽ

corrũpit nubes quas Martialis ꝑducit natura croceũ deſup ruborem
nõ ſine candore habentes. ¶ Jtẽ lunaris cũ ſole applicatio in manſiõe
humida ⁊ ſol in locis vbi nec dignitatem nec poteſtatẽ habeat ſaturno
⁊ marti applicet̃ pluuiarũ lapſus aſperrimos aquarũ quoq; inundatio-
nes portẽdit: nubes etiã croceas ⁊ que cito diſſoluũt̃ generat ⁊ poſtmo-
dũ ſerenũ aerẽ efficit. Si vͦo fuerit in ſicca ſine applicatiõe malorũ nul-
lam pluuiã ferme fore oſtendit. ¶ Notandũ inſuꝑ ꝙ lune cũ maliuo-
lis applicatio in ipſa ebdomada pluuiã largit̃ beniuole illi⁹ quoq; aſpe-
ctu infortunate rores ⁊ efficatiã diſſoluũt ⁊ ꝓhibent ⁊ horã future ſigna-
tionis ꝑuertunt cui⁹ quoq; hore certos ⁊ inuariabiles euent⁹ luna eidẽ
maliuole cõiuncta ⁊ hoc ĩueſtita ꝑfectio reducit. Ampli⁹ luna eidẽ ap-
plicans ⁊ in eodẽ cõnexu ⁊ ſignis ⁊ humidis manſionib⁹ imbres denũ-
ciat futuros: nec hoc poterit fruſtrari ſi ſtelle ſuꝑiores infortunaꝫ ꝓprie
reſpiciant mercurio acceſſantes ſiue nõ. Si vͦo nec his ſuꝑiorib⁹ appli-
cet q̷ ipſa tunc ſic fortunata imbriũ ceſſat ſignatio. Uenus tunc demũ
ſtelle ſuꝑiori dũ eodeꝫ modo fuerit applicans imbres maximos ⁊ aſſi-
duos confert nec in venere dũ ea ſic ſe habeant aliqua erit fallacia in
forma exiſtente: nec lunaris certa eſt ꝓmiſſio dũ in eodem nodo nec ſi-
gno humido nec manſione humida cõmoret̃. Nã ſi luna eidẽ applicet
⁊ iſta ⁊ ſic ſe habeant nubes ⁊ rores ⁊ nebulas abſq; imbribus inducit:
quotiẽs aut ut p̃diximus ſic ſe habuerit luna poſt cõiunctionẽ ſaturno
⁊ marti accedat nimiã pluuiã inducit ingruentiã. Luna autẽ ioui ⁊ ſoli
applicante dũ tñ ſit inter vtrũq; aliquis reſpect⁹ dico uel applicationis
configuratio nec imbres. luna nãq; tunc demũ in loco optimo ſub ali-
quib⁹ ſextilib⁹ centroꝝ locis huic ſignificationi dicatis q̷ fortunata ef-
ficit̃ caſſar ⁊ perimit ducatũ dũ iã fortunatis aliqua cõfiguratio rñde-
rit. Hec igit̃ vniuerſe occaſiones aĩo ſunt notande: nubes etiã que tunc
generant̃ candide rores multos ⁊ inconſtantes celos p̃figurãt imbres
⁊ continuos. Ueneris quoq; adiectum teſtimoniũ pluuiarũ redũdan-
tiam ꝑfecto inducit quotiens etiã mercurius aut cuꝫ ſtellis ſuꝑioribus
aut alteri earũ applicet̃ ꝓ pluuiarũ redũdantia ⁊ aſſiduitate ſubmerſio-
nes ⁊ etiã ruinas admouet timendas: q̃uis tñ nec mercurialis appli-
catio cum ſuperioribus ⁊ pluuie erunt. rurſus mercurius poſtq̃ȝ veneri
acceſſerit maliuolis applicans ſubmerſio ⁊ ruina imbriũq; aſſiduatio
timenda eſt. ¶ Mercurius itidem venerem de ſigno aquatico ⁊ man-
ſione humida aſpiciens aut in eodẽ loco uel nexu locatus ⁊ pluuie ter-
mini excedunt. ꝙ ſi aſſit reſpectus dum aliter q̃ȝ ſupra dictum eſt ſe ha-
beant pluuiarũ demonſtratur mediocritas.

¶ Mercurius rurſum ⁊ ſi rores ut ſupradictū eſt habeat iudicare ſi be-
niuolas in ſuis terminis aut dignitatibus reſpiciat eiuſdē generis effe-
ctus ⁊ earū nature admixtus efficit mendacē eiuſdē ducatū ꝯuer-
tit ⁊ educit effectꝰ alios cuiuſmodi eſt multiplex ventorū rabies vndiq̃
aerē depellens erit ventorū quantitas ſm̄ ſtelle potentiā cuius genus ⁊
ipſe aſſumit nec ſtelle ꝓgentes ſi eis lunā applicet mendacio polluūt
ſ3 veritate gaudebunt ⁊ ꝓmiſſa oīno exoluent niſi inquā eorū ſtatus ⁊
habitus ioui ⁊ ſoli ut ſupradictū eſt aliquo configuratiōis genere ꝓprie
referant. Sic eni luna oīno ꝓmiſſa tranſmutat earūq̃ poſtq̃ luna eidē
acceſſerit cum ſaturno uel marte. Applicatio nunq̃ mendax efficit. verꝫ
debiti ⁊ aſſidui ducatus augmentū inducit ⁊ nebulas. ſi vo quidā plu-
uias ꝓdictas variare ꝓſumant nō tamen nubes denſiſſimas ⁊ aeris hu
morem valebunt ꝯuertere verū nebulas generabunt ⁊ vapores in aere
ſubleuabunt diuturnos ⁊c̄. ¶ Amplius luna in humida manſione ſoli-
uaga etiā ab omnibꝰ ſtellis cadens ⁊ ab eiſdem ſolitaria in centrorꝫ ali
quo exiſtens ⁊ in ſui natura actione ſingularis nubes inducit ⁊ rores
multiplices aerem humectat imbre confert multimodas nebule ex qui
bus replet horizon ventos concitat diuerſos ex quibus tonitrua coru-
ſcationes ⁊ fulgura ꝓcreant. Si vo deinceps ſtelle applicet que ꝓdicte
ſtelle genus obtineat ſi inquā fortunata fuerit ꝓdicta diſſoluit: maliuo
la nanq̃ exiſtens duplā quā cetere ſtelle ꝓpriam exhibent efficatiam.
Unde notandū ꝙ ſoliuaga diſcurrit in ꝓdicta ſolutione fortiſſima iue
nit. Ex ꝓdicto quidem manifeſtum eſt qn̄ luna cum beniuolis aut eorū
hoſpitio aut etiam cū ſtellis que fortunatis applicant nullatenꝰ imbres
denunciat. cum maliuolis nanq̃ econtrario diſcurrens pluuias gene-
rat vniuerſas. nanq̃ lune cum ſingulis ſtellis ducatus: ut in aleſtma. i.
cōuentu exponens in his que neceſſaria videbant ad huiuſ cognitionē
habendā que ſupra ſcripta ſunt ordine congruo adinueni quō in oppo
ſitione ⁊ tetragono agi debeat deinceps exponatur. ¶ Item inquire lo
cum ad horam cōiunctionis ⁊c̄. hoc totum habetur ex libro Iaphar.
Sciendum ꝙ vſq̃ ad illā partē: Notandū preterea. hoc ſumpſi in quo-
dam capitulo de pluuijs a Iaphar extracto: quia per clariora exprimit
verba. Reſiduū etiam poterit poni in breuioribus verbis ⁊ clarioribus
ſi videat expedire ⁊c̄. Capitulū ſextum de temperie aerꝭ ꝑ annū.

ITem volens ſcire naturā in ſingulis annis: cōſidera cōiunctio-
nem ſolis ⁊ lune uel oppoſitionē que eſt anteq̃ ſol intrat arietē
⁊ conſidera i quo ſigno ſit ſaturnꝰ ⁊ ſi ſit in ſigno igneo erit an-
nus calidus. In frigido talis ⁊ ſic de alijs. ⁊ miſceas cū natura

ſigni cū natura termini in quo eſt ſaturn⁹. Natura aūt cuiuſlibet termi-
ni eſt ut ſui dn̄i. miſceaſq; naturas planetarū qui ſibi aſſociant̄ uel eum
aſpiciūt. ſic iudicabit̄ de ioue cū aſſociabit̄ luna ſoli uel opponit̄ an̄q;
ſol intrat ſignorū mobiliū que caput circuli ſunt. ſic eſt iudiciū veneris
⁊ mercurij in vnoquoq; menſe in tp̄e cōiunctionis uel oppoſitionis ſo-
lis ⁊ lune in vnaquaq; portarū ⁊c̄. Quomodo autē fiat apertio portarū
dicet̄ inferius dn̄o concedente. Si mars cōſiderat iuncture ſolis ⁊ lune
dominiū erūt lampades tonitrua ⁊ fulmina auge uel deme a nā martis
naturā ſigni uel termini in quo eſt. q̄ ſi ſaturn⁹ aſpicit in loco martis ⁊ ē
in domo terre ſignat domorū deſtructionē. Si in domo aque monſtrat
frigus nebulas ⁊ tenebras. q̄ ſi planeta retrograd⁹ ibi fuerit ſignat plu-
uiam magnā. ¶ Itē volens ſcire ⁊c̄. hoc in prima p̄te quadripti. Hyſ-
palenſis ca.° volens ⁊c̄. Idem fere haomar in ca.° Ad p̄fectā ⁊c̄. Aliq̄
tn̄ dicit que ab hyſpalenſi nō dicunt̄. quere hoc. Capitulū ſeptimū.

Tem radix ī pluuijs ut aſpicias aſcēdēs diūctiōis uel op
poſitionis q̄ fuerit ante introitū ſolis in quodlibet ſignū
⁊ aſpice dn̄m aſcendentis ⁊ dn̄m loci cōiunctiōis uel op
poſitiōis ⁊ qn̄ iſti dn̄i fuerint in locis humidis ⁊ pluuio-
ſis ſignificat pluuiā ⁊ econtra. ⁊ qn̄ applicuerit ad plane
tas humidos ⁊ pluuioſos pluuiā ſignificat ⁊ econtra. Et
ſignator fuerit occidentalis aut retrogradus aut tardi motus ſilr̄ ſi-
gnat pluuias. ⁊ qn̄ etiā fuerit cōbuſtus ſignat pluuias vbi mars ſep̄atim
qui qn̄ fuerit cōbuſtus minuet pluuias. Et ſcias q̄ qn̄ fuerit aſcendens
ſignator in ſua latitudine uel in circulo angis ſue ſignat pluuias ⁊ econ
tra. Et ſcias qn̄ erūt pluuie p̄pter ſignatorē in ſcorpione erunt pluuie in
dāno. ⁊ ſi fuerit p̄pter ſaturnū erūt ſubmerſiōes. Et p̄pter martē radios
⁊ cōbuſtiones aeris ſignat. ¶ Itē radix in pluuijs ⁊c̄. hoc in octaua p̄te
libri haly abenragel ca.° 27.° verſus finē. Capitulū octauū.

Tem iudiciū particulare de aeris mutatione in cōiunctione ſo-
lis ⁊ lune: conſidera aſcendens ⁊ eius naturā: ⁊ de qua manſio-
ne lune ſit: ⁊ naturā domini ſigni in quo ipſe eſt ⁊ naturā plane
tarū que ſunt in aſcendente uel cum dn̄o eius uel ī eius aſpectu
⁊ qui ſūt cōiuncti lune uel p̄ſpiciant: ⁊ in qua domo uel manſione ſit lu
na ⁊ que teſtimonia p̄ualuerint: talis erit lunatio ſi dom⁹ vſq; ad tēpus
oppoſitiōis: q̄ ſi fuerint eq̄lia teſtimonia erit indifferens q̄ ſi futura ſit
pluuia circūpluet cōiuncta alicui planete pluuioſo uel aſpexerit uel in-
trauerit ſignū pluuioſū q̄ ſi nō eſt pluuia ventura imutare poteſt aerē
coniūctio uel aſpectus planetarū cum luna. Alteratur etiam aer ſi quis

planetarũ tranſeat a dextro in ſiniſtrum uel econuerſo: aut de velocita-
te in tarditatem uel ab auge ad oppoſitũ augis: aut a directione ad re-
trogradationẽ uel de oriente fiat occidentalis: uel hec oia ecõuerſo: aut
intret aliquod ſignũ uel ingrediat᷑. nam his cõtingentib⁹ frequenter aer
clarus turbid⁹ efficit᷑ ⁊ econtra: ⁊ ſicut iudicam⁹ de cõiunctiõe ad oppoſi-
tionẽ ꝑ aſcẽdens ⁊ eius dñm. ſic etiã iudicam⁹ ꝑ horã oppoſitionis vſqꝫ
ad cõiunctionẽ. Et ſiliter in oppoſitiõe conſideram⁹ gradũ ſupra terraꝫ
exiſtentẽ ꝙ ſi luna ẽ lumine alicuius pluuialis planete ꝑ cõiũctionẽ uel
aſpectũ in hora cõiunctionis uel oppoſitiõis tot dieb⁹ finitis poſt horã
cõiunctionis uel oppoſitionis ſolis ⁊ lune incipiet pluere. ¶ Preterea
maximũ teſtimoniũ eſt ſi pars pluuie que ſumit᷑ a ſole in ſaturnũ ut po-
ſtea patebit licet cõfirmauerit: aut ꝙ ſit venus in ſcorpione capricorno
uel aquario lumine ꝓportionalis: aut ꝙ ſint tres planete in aquario iũ-
cti. ¶ Itẽ duo teſtimonia humiditatis in eſtate minus valent ꝗ̃ vnũ in
hyeme. Similiter in hyeme duo teſtimonia ſerenitatis minus valent ꝗ̃
vnũ in eſtate. ¶ Item in vna terra pluit qñqꝫ ⁊ in alia nõ: ⁊ hoc põt eſſe
ꝓpter diuerſitatẽ aſcendentis ⁊ planetarũ ⁊ ſignatoꝝ terris determina-
tis ꝑdñantiũ. ¶ Itẽ iudiciũ ꝑticulare de aeris mutatiõe ⁊c̃. hoc inueni
in quadã extrauagante hyſpalenſis. Itẽ fere in fine prime ꝑtis addit tñ
quedã de ſigno illius terre. quere hoc ⁊c̃.

## Capitulũ nonũ De apertione portarũ.

ITem aptio portarũ dicit᷑ cũ planeta inferior iũgit᷑ ſupiori ⁊ fue-
rint dom⁹ illorũ oppoſite ſicut ſolis ⁊ lune cũ ſaturno uel eorũ
aſpectus ad ſaturnũ: iouis eodẽ modo cũ mercurio. veneris cũ
marte. ſꝫ ven⁹ ſignat humiditatẽ. mercuri⁹ ventos. ſaturn⁹ nubi-
la ⁊ frigus. mars ventos a dextro. iupiter temperieqꝫ ventos a ſiniſtro
qḋ in cancro magis ſignat. ſic mars in capricorno. ¶ Mercuri⁹ itaqꝫ ſi
aſpexerit dños aptionis portarũ uel fuerit cũ eis cõiunct⁹ in cõiunctiõe
ſolis ⁊ lune uel oppoſitiõe erit vent⁹ ⁊ pluuia: ꝙ ſi aptio portaruꝫ fuerit
cũ marte ſicut dictũ eſt de mercurio: erũt lampades tonitrua ⁊ fulmina
hic auge uel minue ſicut prius. ¶ Scire autẽ debes ꝙ pluuia qñqꝫ ẽ in
ipſa oppoſitiõe uel cõiunctiõe ſolis ⁊ lune ⁊ ſi tunc fuerit aptio portarũ
qñqꝫ dilatat᷑ cui⁹ rei cauſã ignorare nõ debes. Si itaqꝫ in apertiõe por-
tarũ cũ luna cõiungit᷑ ſoli uel ei opponit᷑ fuerit ipſa luna in angulo. 10.
⁊ fuerit in ſigno mobili: tũc in ipſa oppoſitiõe uel ꝯiũctione erit pluuia
ſi autẽ fuerit in angulis alijs uel i lapſis uel poſt angulos tardabit plu-
uia ſm ꝙ fuerit i mobili uel in fixo uel in cõi ſigno: ⁊ tũc expecta pluuiã
magnã cũ ꝑuenerit lũa ad oppoſitũ ſigni aſcẽdẽtis i ꝯiũctiõe ul' oppõe
⁊ durabit pluuia ſm ꝙ luna ꝑueniet ad aſpectũ planetarũ uel ad ſigna

pluuiã ſignificantia. ¶ Item apertio portarū dicit̃ cuȝ ⁊c̃. hoc extrahit̃ a libro hyſpalenſis ⁊ a pluribus alijs. Addit ꝙ luna fuerit in ſigno alicuius ciuitatis quere hoc ⁊c̃.

Capitulū decimū de die ⁊ hora pluuie.

Item in quacūqꝫ cōiunctione uel oppoſitiōe ſolis ⁊ lune cōiungat̃ luna aut dederit vim ſuã ſaturno. ſcito ꝙ i illo menſe deſcendet pluuia: poteris quoqꝫ ſcire diem in qua deſcendet. cōputabis eni gradus equales que fuerint inter locū cōiunctionis ⁊ locus aſpectus ꝓciſe completi ſeu ꝑfecti ⁊ qñ ꝑficiet̃ numerus illoruȝ duorū ſm quē dabis cuilibet gradui vnū diem tunc pluuia. ⁊ magis teſtimoniū clarū ſi cōtingat ꝙ ſi luna illa die ſiue vna ſuarū clauiū que ſint claues patet inferiꝰ. ¶ Item ſemꝑ cōſiderare debes ſi fuerit planeta retrogradus in prima domo. hoc eni ſignat ſupra pluuiã. fortitudo nanqꝫ planete qui ē in domo prima cōputat̃ ut fortitudo dñi domus. dñs quidē ſeptime domus iouis ē mercurius qui ambo ſignãt ſuꝑ ventos: ⁊ tu debes inſpicere in quolibet menſe ſi dñs ſigni aſcendentis eſt iupiter uel mercurius ⁊ aſpiciat vnꝰ alterū hoc ſignificaret ventos multos qui ſe renouarēt in mundo. ⁊ cū hoc toto ſi eſſent in aliquo angulorū aſcendentis tūc ſignificarent ſemꝑ ſupra pluuiã cum fulgure ⁊ coruſcatiōe ⁊ magis ſi eſſet inter eos aſpectus quartus aut inimicitie ꝙ ſi alter eorū foret i ſigno terreo tūc ſignaret ſuꝑ grandinē tempeſtuoſū ⁊c̃. Item in quacūqꝫ cōiunctiōe ⁊c̃ hoc Abraham de ſeculo ⁊c̃.

Capitulū vndecimū.

Item ſm antiquos peritiſſimos aſtrologos quotiens luna a venere recedens marti applicet aut ecōuerſo ſignificationē pluuiarū ꝑfecte reducit. A mercurio nanqꝫ recedēs ioui applicās idem ſignat aut econuerſo. Aut a ſaturno recedēs ſoli applicans uel econtra idē ſignat ⁊ nō aliud preſtat iudiciū. Sunt hec autē ſingula ꝓſtellarum quaſi manatoria que aptiones portarū ſatis cōgrue nuncupant̃. Harū itaqꝫ ſtellarū oppoſitio declinate. 3ꝰ uel. 4ꝰ ⁊ ad partē auſtralē ⁊ altiorē facta deprehenſam ꝓprijs emanat pluuijs. Si inquã inter. 19. gradum ſcorpiōis a. 19ꝰ tauri cōmorent̃ gradus. Item ex ꝑte auſtrali tūc demū circa occurrit ſignificatio quotiēs a. 19ꝰ tauri ad. 19. ſcorpiōis gradiūt̃. Et iterū iſtarū portarū virtus optimiqꝫ ſignificatio ut qua die uel hora nubibus uel pluuijs aer incipit variari ꝑ ſingulas vrbes aut etiã vicos ſub imbriū guttarū ſtillicidio oriens ⁊ locus lune ſꝫ etiã cui luna applicet ſuꝑioribus videlicet aut inferioribus ſūma diligentia ꝑquirat̃. non minus quoqꝫ an ea lune applicatio de exagono fiat ſiue tetragono aut

oppoſitione ꝛ cōuentu aut etiam ſit recepta. Adhuc etiā cui luna applicet quinto gradu conſtiterit: Cita etiā ſit uel tarda uel media in auſtrū deſcendens aut in ſeptētrione conſcendat: quibus omnibꝰ certo ordine deprehenſis luna ſtella qua die primo pluere incipit applicatio certum de imbribus ꝑ ſingulas ferias dabit iudiciū: quouſqꝫ videlicet ea ſtella ad aliud ſignū tranſit: ea tñ aliud ſignum ingreſſa de pluuiaruꝫ iudicio tali uel tali die nullatenus ꝓſumendū erit donec qꝫ qñ luna eidem rurſus applicet ꝑfecto diſcernas. Si vo applicatio imbres demōſtret alios iuxta ipſum modū ꝛ numerū de multitudine ꝛ paucitate referendū erit etiā illius ſigni naturā humidū videlicet fuerit aut ſiccū aut mediū. Itidem quoqꝫ ſignū ſtelle cum qua fit lunaris applicatio: nam etiā ea die qua imbres expectas lune curſum celeritas ul' tarditas eiuſqꝫ in auſtrū deſcenſus aut in ſeptētrione ſublimatio notanda videt̄. Et de ſtella cui hec applicat in hunc modū: nā ex ſtelle huius ſtatu nō minima imbriū erit agnitio lune rurſum atqꝫ ſtelle latitudo pariter notanda. vtraqꝫ eñi auſtralis ꝛ viſioni exiſtens affinior: ꝛ latitudo ſimiliter eadeꝫ die largit̄ ingruentiaꝫ latitudine quidē diuerſa ſi nec aſſit receptio nubes ꝓtendit ſteriles aut parū ponit fecundas. Ad hunc quoqꝫ modū in qualibet regione uel vrbe aut termino ſi de lune applicatiōe uel receptione aut cōtra de eiſdē necne in ꝑdictis locis ſiti de natura etiā ſignorū ſtelle cui applicat ea que diximus repiri contigerit nec aliqđ detur iudicium niſi inquantum ſtelle alteri velociori applicat aut in eius cōuentu ſit: qꝛ igit̄ ꝛ hic ducatū ꝓmeruit iuxta eius potentie vires ꝛ debilitatē de iudicio erit referendū ꝛc̄. Item ſm antiquos ꝛ peritiſſimos aſtrologos ꝛc̄. hoc etiā habet̄ in libello qui incipit Cum multa ꝛc̄. Capitulū. 12.

ITem conſidera aſcendens cōiunctionis menſis arabum ſi ibi fuerit fortuna: fiducia erit de pluuia ſi infortuna nō erit. Similiter de alijs angulis aſcendentis ꝛ aſpice qñ luna erit in oppoſito gradu aſcendētis cōiunctionis ꝛ aſpexerit eam aliquis planetarū ſignificantiū pluuiā erit pluuia. Item conſidera aſcendens ꝛc̄. hoc Alkindus in ſexto capitulo. Capitulum. 13.

ITem in principio menſis conſiderat̄ luna ſi fuerit in aliqua manſionū pluuioſarū applicatqꝫ ipſā planeta retrogradus ꝛ eo ſi fuerit ipſa in ſigno feminino: ꝛ hoc magis ſi fuerit aliquo ſigno ꝑ aqueo ꝑ tūc ſignat ipſa ſup pluuiā ꝛ hoc eſt conſiderandū potiſſime in principio menſis añ introitū ſolis in arietē. Poſtea in quolibet aliarū q̄rtarū

ãnni q2 tunc qualitates tempoꝝ mutant̃. ¶ Item qñ ab eodem minu-
to vnuz luminare recedet ab alio: vide in qua manſione ⁊ ſingule ſtelle
fuerint dando cuilibet manſioni. 13. gradus ⁊ tertiã vnius incipiendo
a primo minuto arietis: ⁊ conſidera vtrũ ſit in humida ſicca uel media
ſcias etiã aſpectus complexiones ⁊ applicationes planetarũ illa hora.
Similiter fac in ⁊ duab⁹ quadraturis vnde qñ luna erit in ſigno
humido ⁊ planeta aſpiciat eã aut cõiunget̃ ei ſignat generationem plu
uie ꝓcipue ſi aſpexerit aliqua infortuna. Si eni aſpiciat infortuna aut
applicet̃ ei iens ad eam qñ luna ꝑueniet ad eam leuis quieta. Si autẽ
martẽ pluuiam ſignat cũ fulgure ⁊ tonitruo ⁊ grandine. cum mercurio
pluuiã cum vento forti inter ſeſe diſtillantez. Et ſi fuerint luminaria in
eadem manſione ſignat multã pluuiã cum magnis guttis. ¶ Itẽ in pñ-
cipio ⁊c. hoc Abraham de ſeculo ⁊c. Item qñ ab eodẽ minuto ⁊c. hoc
Alkindus octauo capl'o. Capitulũ. 14.

Gradus iterũ cõuentus uel oppoſitionis ꝑ ſingulos men-
ſes: cui etiam luna applicet donec ad ſolis redeat cõuen
tum: aut ſaltem ab oppoſitione ſeꝑatur nullatenus obli-
uionis tollat incõmodũ. Nã cũ mercurio aut veneri ap-
plicet ſub eodẽ cõuentu uel oppoſitione pluuias effũdit.
Si vo de ſigno. 10. de exagono videlicet aut trigono aut
oppoſitione luna videris applicantẽ ſtella cui cõuentũ uel oppoſitiõis
relictis ea applicet iuxta citũ curſum uel tarditatẽ deſcenſum uel aſcen-
ſum nec minus quoqꝫ ſm illius loci naturã ⁊ ſm lune ⁊ illius ſtelle lati-
tudinẽ ut ſupius dictum eſt iudicij ſemita teneat̃. Si enĩ in eadez parte
aut cardine diſcurrat ⁊ ſtella cũ qua lunaris ſit applicatio ſub terra mo
retur de antedictis facit iudiciũ. Si enĩ ſtella oriens nõ reſpiciat quãdo
quelibet figura euz reſpexerit imbriũ ſequit̃ renouatio. Ad hunc quoqꝫ
modũ lune in oriente aut ſtellarũ ipſaꝝ negato reſpectu dum tñ ea plu
uias deſignet abſqꝫ nubiũ obſcuratione ſubiti imbriũ aderũt diſcurſus
De manſione quidẽ lune indoꝝ animaduerte ſententiã: ĩ humida vi-
delicet aut ſicca ut indoꝝ fides eſt: luna ĩ humida manſiõe ſtelle in hu
mida manſione applicans pluuias oſtendit: potiſſimũ quidẽ ſi in eodẽ
nodo conſtiterit in humida q⁹ ſi in diuerſis ⁊ humectantibus diſcurrãt
⁊ ſi nõ generales: pluuie tamen erũt: ea enĩ ſi locata ſtelle ĩ mediocri lo-
cate ⁊ in vno nodo applicans paucis affluit imbrib⁹ quoꝝ ſunt initia
ſũt ſine ipſa fortiora erunt. luna enĩ in mediocri exiſtente dum tñ eidez
ſtelle in humido ⁊ nodo vno exiſtenti fiat applicatio ⁊ ſi exordio min⁹
in fine tñ multipliciter aderit redũdantia. porro ſi eũdem minime obti-
neant nodum imbriũ mediocritas plerũqꝫ etiã imbres occurrent ſꝫ ſte

riles. ¶ Gradus iterũ cõuentus rc̃. hoc in libello q incipit Cũ multa rc̃.

Capitulum. 15.

Item p ſingulos menſes in cõiunctione uel oppoſitione ſolis τ lune oriens eſt firmandũ ſtellarũ quoq3 lunarem necnõ cũ ceteris applicationib⁹ accentus pſcrutari neceſſe eſt. Ea igit̃ veneri uel mercurio applicante τ hinc pluuioſus erit ad maiorẽ. Deinceps ad hui⁹ rei euidentiã notandũ qñ luna cardines ingrediẽs veneri τ mercurio applicat ipſa ducit die pluuias niſi forte in principio illius cũ marte facta fuerit applicatio. q ſi aliqñ accidiſſe ppendas fulgura exauget atq3 tonitrua tñ paucos denunciat imbres niſi rurſum in oppoſitiõe cõſtiterit q ſi luna a ſole recedens fortunatis applicet in prima menſis parte pluuias effundit nõ modicas: Nõ aliter quoq3 circa oppoſitionẽ oriẽte firmato luna fortunatis applicans: cũ ab oppoſitiõe receſſerit alterã menſis partẽ copioſis replebit imbrib⁹. In cõuentu uel oppoſitione cũ venere τ ſaturno ſignũ aquaticũ obtinenti applicatio τ hec duo loca imbribus multis redũdabũt niſi forte in ſigno igneo cõmoret̃. martis rurſum cu3 ſaturno applicatio nubes imbres τ ventos multiplicat nubes detrahit τ aera corrumpit: mercuri⁹ iterũ hora cõuentus τ oppoſitiõis veneri applicans pluuiarũ inundatione gaudebit. Item p ſingulos rc̃ hoc in libro haomar ca⁹

Capitulũ. 16.

De pnoſticatione ventorũ p ſtellas fixas τ planetarũ aſpectus.

Item ventoꝝ cognitio τ pluuiaꝝ experiẽtia ſicut imbriũ ex cõuentu uel oppoſitione τ duob⁹ tetragonis oĩno dependet quare eſt: ſtellas quoq3 ventos deſignant mercuriũ videlicet martẽ τ ſolẽ attendere res hortat̃. Cũ enim mars vẽtos exaugeat ſaturn⁹ phibet τ maxime retrogradus τ in ſigno terreo diſcurrens: nõ minus quoq3 aquatica τ ſicca contradicunt. mercurius enĩ ſtella eſt ventorũ τ pariter aerea ſigna. Ut igit̃ veniẽtes puideas ventos mercuriũ attendere oportebit. luna enĩ poſtq3 a cõuentu recedit eidẽ applicãs τ cũ eo τ ſub eodẽ cõnexu in cõtraria manſione diſcurrẽs ventorũ nũciat diſcurſus. rurſũ mercurio cũ ſaturno applicante aut eodẽ cũ ipſo in eodẽ nodo τ manſione diſcurrẽs nec ille retrograd⁹ obſcuros efficit τ aerẽ variat etiã ſepe ĩ aere ventoꝝ timẽda naſcit̃ rabies. ¶ Unde notandũ q ſaturn⁹ retrogradus etiã ſi mercuri⁹ eidem applicet ventis penit⁹ cõtradicit. mercurio marti applicante aut in eius cõuentu aut eodem nodo τ manſione que ventos iudicat venti calidi procedunt τ in aere feruor generatur:

nubes quoq₃ horizonta poſſident plerūq₃ ignes ab ethere dilabunt̄ uel
in eodem apparent uel ventorū calor alterat̄ marte potiſſimū retrogra
do. Marte quoq₃ in ſigno cōmorante ꝛ minor ineſt ventorū ſignifica-
tio: verū pluuias multas ex modico ventorū largit̄. nā idem mercurius
ioui applicans aut veneri aut in manſione ventos ſignificante ꝛ in eo-
dem nodo cōſtiterit ventos reducit. Iupiter autē maiorē in ventis aſſu
mit efficaciā: eius enī eſt omniū ventorū ꝓpitiatio ꝛ leuitas. mercurius
itidē ſoli configurat⁹ aut eūdē nodū ꝛ manſionē que ventos ſignat ob-
tinens ventos ferientes generat ꝛ peſſimos. Subtiliſſime autē acquiſi-
tionis eſt mercurij ꝛ lune cū ceteris ſtellis cōmunitas ſiue admixtio ꝙ
ſi fiat nihil depoſito efficit. Itē ventorū cognitio ꝛ pluuiarū ꝛc̄. hoc re-
perit̄ in libello Iapharis vltimo caplo. Ad euidentiā predictorū ꝛc̄.

Sequit̄ quarta pars libri de iudicijs ꝑticularibus que non ſolum fiunt
ꝑ coniūctiones uel oppoſitiones luminariū: ſ₃ etiā ꝑ alias figuras par-
ticulares. Capitulū primū.

Cum luna fuerit i cen-
tro a ſole et fuerit ap-
tio portarū ꝛ fuerit applicatio uel aſpe-
ctus uel luminū trāſlatio ſeu receptio ul'
collectio luminū inter dn̄m aſcendentis
cōiunctionis uel oppoſitionis: uel inter
aſcendens cōiunctionis uel oppoſitiōis
ſolis ꝛ lune p̄cedētis ꝛ dn̄m ſuū ſeptime
indica ꝙ in illo menſe erunt pluuie tem-
pore pluuiarum aut ventus ꝛ ſic de alijs
qđ autē affirmat ſignificationē₃ lune eſt
ꝙ fuerit venus uel mercurius occidentales uel retrogradi uel tardi mo
tus: uel ꝙ ſit vnus planeta aut duo ex altioribus retrogradi uel tardi q₃
tunc erit pluuia ſine aliquo dubio. ¶ Item cū fuerit apertio portarū lu
na exiſtente in aliquo centrorū p̄dictorū ſequent̄ venti uel pluuie calor
uel frigus ſm naturā dn̄orū apertionis portarū ꝛ ſm naturā tp̄is. Item
ſi tunc inueneris lunā in ſigno humido applicante planete humido licet
ibi nō ſit apertio portarū tn̄ poteris habere fiduciā de pluuia. ¶ Cū lu-
na fuerit ꝛc̄. hoc extrahit̄ ex. 29°. ca°. octaue ꝑtis libri haly abenragel ꝛ ex
dictis haomar in ca°. Quotienſcūq₃ itaq₃ ꝛc̄. qđ ſit eſſe in centro require

ſupꝛa in ſeptimo pꝛime ꝑtis. Item cuꝫ apertio ⁊c̃. hoc in. 28° ca° octaue ꝑtis Haly abenragel. ⁊ in haomar capl'o Tepeſtiua itaqꝫ imbꝛiũ ⁊c̃. de hac materia etiã habes in capl'o Ad ꝑfectã. in eodẽ libꝛo ſpecialiter ab ab illa ꝑte Nõ minus quoqꝫ. 12. equantis ⁊c̃. vſqꝫ ad illã partẽ Aſcẽden te anni ⁊c̃.

## Capitulũ ſecundũ.

ITem qñ fuerit q̃rta ſignans de humiditate a retrograda tione planetarũ ⁊ tempoꝛũ ſuoꝝ inſpiciã cõiunctionẽ lu minariũ igiť niſi fuerit applicatio cũ retrogrado in cõiũ ctione ſua ſignũ eſt ſerenitatis ⁊ in oppoſitiõe ſua ſimiliť In q̃rta autẽ hyemali ſi luna fuerit in cõiunctione a cen tro a ſole ⁊ a planetis retrogradis ẽ ſũma rei ⁊ ſignifica tio eoꝝ foꝛtioꝛ qñ erũt ⁊ retrogradi ⁊ applicati cũ ſole. Si igiť cõtingit ꝙ inter ſolẽ ⁊ lunã ⁊ omnes planetas retrogrados ſint iſte ꝑtes cũ aſcẽ ſionibꝰ climatũ erit pluuia in ſũmo ſm ꝙ affirmat vis q̃rte ⁊ natura tẽ poꝛis ⁊ planetarũ ſignificantiũ ⁊ lune: ⁊ ſi deſcendens fuerit de vno uel de duobus minuiť ſignificatio ſm ꝓpoꝛtionẽ ſue vrrtutis: ⁊ ſi nõ fuerit ſignificatio ab altero iſtoꝛũ centroꝛuꝫ nõ erit quicq̃ꝫ niſi venus humidꝰ humida aura in vere frigida: in hyeme foꝛtioꝛ iſtarũ ſignificationũ eſt ꝙ luna ſit in longitudine ꝓpinquioꝛi minuẽs in lumine ſuo. Itẽ ſi luna iũgať planete retrogrado aut ſi in cẽtro ab eo ⁊ a ſole ⁊ ſic addens lumi ne ſignũ eſt pluuie ſm ꝙ affirmat tẽpus planetis. Sꝫ qñ erit coniuncta ſicut dictũ eſt ⁊ ſit minuens lumine minuet id. Itẽ ſi planete ſint retro gradi in ſecunda q̃rta circuli in hyeme vere aut autũno erit ſignificatio foꝛtioꝛ. Sꝫ ſi tunc retrogradanť in tertia q̃rta ſignũ eſt magis diminu tũ: qꝛ ventus meridionalis multiplicabiť illic. Sꝫ qñ erit retrogradatio in ꝑte ſeptẽtrionali erit pluuia cũ ventis ſeptẽtrionalibus. Qñ vͦo fuerit directi in eſtate ⁊ luna in lumine ſuo minuẽs ⁊ cõtumabiť erit ſignum grandinis fulguris ⁊ radioꝝ. Si fuerint etiã directi in ꝑte ſeptẽtrionali aut retrogradi in ꝑte meridionali erit ſignũ fulguꝶ ⁊ grandinis. ¶ Itẽ qñ erit in pꝛima q̃rta ſigni erit ſignũ humiditatis a retrogradatiõe pla netarũ ⁊ luna addens lumĩe inſpicie mꝰ in ea ſicut in q̃rta hyemali ⁊ cen tris lune poſitis. Et qñ fuerint retrogradi cũ ſole in vna quarta erũt foꝛ tioꝛa in quarta ſecũda circuli aut ĩ capite cancri aut in meridie qñ mul tiplicabiť ventus meridionalis humidus. Qñ erit ſol in ſecũda q̃rta cir culi ⁊ fuerit in ſigno humiditatis inſpice cẽtra que poſui ⁊ planetas re trogrados ⁊ addẽtes in lumine ſuo foꝛtificabunť. verũtñ ſi fuerit cũ ſo le in vna quarta erit caliditas foꝛtis valde cõburens. Et ſi fuerint retro gradi in pͥma q̃rta ſil'iter. ſꝫ ſi fuerint ĩ inclinatiõe meridionali erit aura

mitis ⁊ qñ applicabit̄ luna cum illis planetis retrogradis in centris no
minatis mouebit̄ ⁊ aera ad qualitates nubis grandinis ⁊ fulguris ⁊ cū
fuerint illic directi debilitat̄ ſignificatio. Qñ erit ſol in q̄rta 3ª circuli ⁊
erūt planete retrogradi in illa ꝑte illud eſt ſignū humiditatis ⁊ hore plu
uie qñ manſerit luna in centris dictis a ſole: ⁊ cū ſtat ſignificatio ꝙ ſint
planete retrogradi pars eoꝝ ꝑti terre ⁊ applicet̄ ps eoꝝ ꝑti terre 3º. 7º. uel
q̄rto aut in ꝑdictis centris: ⁊ erūt planete retrogradi in ſeptētrionali ꝑte
erit ſignificatio fortioꝛ qñ cōiunget̄ eis luna ⁊ erit ſol in centris dictis ⁊
ibi erūt planete addentes lumine: tūc ſi fuerint planete directi in ꝑte me
ridionali ⁊ retrogradant̄ in ꝑte ſeptētrionali ⁊ applicabit̄ cū eo planeta
⁊ luna eſt minuēs lumine ſuo ſignū erit pluuie ⁊ niuis tūc qꝛ directi age
bant tūc ꝑtes ſeptētrionales ⁊ cū fuerit luna in cētro a planetis retrogra
dis ſi ſoluerint donec luna fuerit in centris tūc diſtillabit cōgelatio: ſʒ ſi
fuerit luna addēs lumine ſuo ſoluet tūc illud. Itē qñ fuerit q̄rta ⁊c̄. hoc
extrahit̄ ab alkindo in. 4º. ca.º ⁊ tres ꝓpoſitiōes ſequētes. Capitulū. 3.

Tem ſi vis ſcire vim ⁊ debilitatē multitudinē ⁊ paucitatē
pluuiarū cōſidera naturā tꝑis ⁊ vim ſuā ac debilitatē ſm
ꝙ dixi de gradibus nature tempis ⁊ ciuitatis. ſed ſi fuerit
nā tꝑiˢ tui in ſūmo frigida ⁊ humida tūc ſignificatio for-
tioꝛ planetarū oſtendet ſignificationē fortiorē pluuiarū:
⁊ ſi natura tꝑis tui fuerit frigida ⁊ humida in equalitate
tūc mediocrice ⁊ ſʒ ꝓportionē viriū ſignificatiōis aque ſiḡbit. Et cū hoc
ſi vis aſpice naturā martis ⁊ veneris: ⁊ ſi fuerint frigidi humidi aut cali
di ⁊ inter eos ſit applicatio ex oppoſito aut ex obliquo ꝑdictoꝝ ⁊ latitu
do eorū ⁊ erūt cōtinui cum ſole aut vnˢ eorū. Deinde conſidera applica
tionē lune cū ſole ⁊ centrorū ꝑnoiatorū ⁊ concordantiā. Si fuerit natu
ra lune ſimilis nature eorū illud eſt ſignū aque. Sʒ ſi vis ſua eſt debilis
⁊ cōcordauerit illis duobus hec figura: ⁊ nō erūt retrogradi: ⁊ erit illud
tēpus eſtiuale aut vernale erit adhuc aqua multū fortis ⁊ cū hoc toni-
truū fulgur ventˢ ⁊ grando multa: ⁊ erit multitudo aut paucitas ſm ꝓpi
ꝗtatē vapoꝝ terre ⁊ erit frigiditas venti ⁊ caliditas ſm ꝙ cōcordauerit
latitudo lune ⁊ manſio ſua a ſole ⁊ ps ⁊ natura tꝑis. Si vͦ ſignificatio
ꝑdicta fuerit ī hyeme aut autūno nec fuerint retrogradi erit aqua debi-
lis diſtillās durante tꝑe ſiccitatis. Si vͦ fuerint retrogradi in tꝑe veris
⁊ eſtatis ⁊ cū fuerit in inclinatione meridionali in vere erit in ſūmo qđ
dictū eſt ⁊ in eſtate minus ꝓ multitudine caliditatis in aere aut ꝓ modo
appropinq̄tiōis terre ſue aut qꝛ erūt in fūdo eccentricoꝝ ſuoꝝ. Sʒ ſi fue
rint retrogradi in hyeme in declinatione ſeptētrionali erit minus qđ di

co:ſi in declinatione meridionali erit plus ſi calidiores ſint retrogradi
ꝛ in fundo eccētricoꝝ ſuoꝝ ꝛ fuerit tūc applicatio cuꝫ ſole ab oppoſito
ꝛ duoꝝ planetarū ſiliter ſi hec ſint in vere erit finis rei. In hyeme vo ꝛ
autūno minuet paꝝ. Si vo in cōiunctione planetarū fuerit ꝛ duo pla-
nete cōtinui vnus alij ab vno cētroꝝ ꝛ natura lune ſilis illi ꝛ erit in vere
ꝛ hyeme illud ē ſignū pluuiarū ꝛ fuerit in eſtate ꝛ vere illud ē ſignū toni
truoꝝ multoꝝ cuꝫ aqua. Si igiꝛ fuerint duo planete cōiuncti in centro
aut cōcordauerit illis luna in natura illud eſt ſignū pluuie ſicut dico: ſꝫ
centro ꝛ hore qn̄ figurat illud tempus ſi luna fuerit adiuuans nā ſua ſi
fuerit alius planeta a venere ꝛ marte in ſilitudine nature illoꝝ augmē
tabiꝛ res ita ꝙ fiet quaſi diluuiuꝫ. Si vo fuerint oēs planete figurantes
ꝑs eoꝝ partē in centris p̄dictis ꝛ ſint retrogradi in hyeme ꝛ autūno ꝛ i
inclinatiōe meridionali erit de roribꝰ ꝛ pluuijs ꝙ interficiet populos ꝛ
ciuitates ꝛ clima p̄ter pauca. Sꝫ ſi fuerint in vere ꝛ eſtate retrogradi ꝛ ī
inclinatione meridionali erit ſiliter niſi ꝙ nō cōicabit res cum oībus ꝛ
erūt cū hoc fulgura ꝛ tonitrua ꝛ grando fortis. Cū autē fuerint retrogra
di in quarta eſtiuali ꝛ tempus eſtiuale nō erit ſignificatio ſuꝑ aquā erit
ſiccitas ſūma in climatibꝰ ſeptentrionalibꝰ ꝛ calor fortis q interficit po
pulos p̄cipue q erūt ꝓpe equationē diei. Qn̄ autē erit ſignificatio pluuia
lis duoꝝ planetarū ꝛ fuerit ſignificatio cōſūmens de tribꝰ rebꝰ non erit
quicꝗ̄. Cū fuerit ſignificatio pluuialis de duobꝰ planetis aut tribus uel
q̄ttuor i eſtate erit ſūme mitis aura illiꝰ eſtatis ꝛ ꝑue caliditatis: nec erit
aqua multa niſi fuerit ſignificatio de qnꝙ planetis. ¶ Itē ſi vis ꝛc̄. hoc
ex .5º caº Alkindi. ¶ Hic poſſunt notari quedā q̄ ab alkindo dicunꝛ in
iſtis capitulis vltra practicā p̄dictā. quere hoc ꝛc̄.

## Capitulū quartū.

Item aſpice hora coniunctionis aut p̄uentionis ꝛ q̄rta ꝛ
prima ꝛ ſecūda ad lunā cū quo applicaꝛ illa hora ſi cum
venere ꝛ mercurio ſignificat generationeꝫ pluuie in illa
ſeptimana ꝛ hora illiꝰ erit ſ̄m quantitatē graduū qui ſūt
inter lunā ꝛ planetas duos quibus applicatur ꝛ ponā ſcꝫ
gradū ꝑ die ꝛ minutū ꝑ hora: ꝛ qn̄ luna conſequiꝛ gradū
illius planete cui applicatur ꝛ venus in ſcorpione aut i capricorno aut
in aquario erunt pluuie multe. ſimiliter mercurius ſtat in aliquo illoꝝ
triū ſignificat pluuiā. Et quando fuerit venus ꝛ mercurius in p̄dictis ſi-
gnis ꝛ luna oppoſita aut cōiuncta illis in quarta ſui ſignificat pluuiam
¶ Item aſpice ꝛc̄. hoc Alkindus in .6º caº verſus capituli finem.

## Capitulum quintũ.

ITem nõ ſolum opoꝛtet conſiderare cõiunctionẽ uel op-
poſitionẽ luminariũ ad ſciendũ foꝛtitudinẽ uel manſue-
tudinẽ accedentiũ: ſꝫ iudicanduꝫ eſt etiam qñ luna fuerit
dimidiata in luce ⁊ erit pꝛincipiũ ſignate mutationis ut
plurimũ ꝑ tres dies anteq̃ꝫ luna ſit cum ſole: ⁊ poſt etiam
ꝑ tres dies ita ꝙ ſit in elongatione partiũ equaliũ. Simi
liter ſciemus hoc a ꝑticipatione quã habebunt cum planetis ⁊ qõlibet
hoꝛũ ſtatuũ ⁊ alioꝛũ ſicut eſt in ſextili ⁊ trino aſpectu ⁊ poterimus ſcire
mutationes ſequẽdo concoꝛdantiã naturales planetarũ quas accipiũt
⁊ ſignoꝛũ cũ aere nos circũdante ac ventoꝛũ: ⁊ virtus hoꝛũ ſtatuũ ꝑticu
lariũ qui erũt die q̃libet erũt ꝓpꝛie a ſtellis fixis que ſũt luminis ⁊ ope-
rationis maioꝛis cum apparuerint veſpere ſiue mane ex parte oꝛientis
uel occidentis reſpectu ſolis qꝛ reducũt ut plurimũ ſtatus ꝑticulares in
naturas earũ. Similiter erit nõ minꝰ ꝙ aliqõ luminariũ tranſit ꝑ angu-
los ita ꝙ manſuetudo ⁊ foꝛtitudo que erit in ſtatibus cuiuſlibet tempo
ris accidunt qñ tranſibũt luminaria ꝑ hec loca ſicut recentia ⁊ minutio
ſunt ꝑ tranſitũ ꝑ hec loca ⁊ mutatio: ſtatuũ ventoꝝ erit ꝓpꝛie qñ tranſi-
bunt luminaria ꝑ hos angulos ⁊ mutatio ſua erit vento qui erit a par-
te vbi erit latitudo lune. Et qñ ꝑticularia accidentia erũt ſimilia vniuer
ſalibus opus foꝛtificabit̃ ⁊ certificabit̃. Item nõ ſolum ⁊c. hoc a Ptole
meo. 12º caº ſecũde ꝑtis. ¶ Sciendũ ſm haly ibidẽ ꝙ ꝑ oppoſitionẽ ſcie-
mus quid accidat in ſecũda medietate menſis ſi mẽſis fuerit cõiunctio-
nalis uel ꝑ cõiunctionẽ ſi fuerit oppoſitionalis. Et ꝑ quartã lunationis
ſciemus id qõ accidit in illa quarta iudicãdo ſicut ꝑ cõiunctioneꝫ ⁊ op-
poſitionẽ ⁊ ꝑ compationẽ ꝑticularis ꝙ vniuerſali i ſciemꝰ illud qõ acci-
det in illa q̃rta. ¶ Itẽ ſuꝑ verbo illo ſignate mutationis ⁊c. exponit ſic.
Luna currit ꝑ vnũ duobꝰ diebꝰ cc mpletiſ ⁊ vna ꝑte tertij ⁊ ex hoc poſuit
Ptolemeus cõpletũ diẽ ꝓpter bꝛeuitatẽ. Et qꝛ virtus coꝛꝑis lune eſt añ
uel poſt ꝑ. 12. gradus ꝓpter hoc fiunt tres dies. hoc eni dictũ exponitur
duobꝰ modis. Primo mõ ꝙ luna tranſit in. 6. diebꝰ duo ſigna cõpleta
⁊ tranſeũdo duo ſigna ꝑuenit ad tot numeros graduũ quot ſũt in firma
mento ſextili ⁊ ſic ibi opoꝛtet ꝙ applicet ad punctũ dñi ſignificationis
in tribꝰ ante ⁊ in tribus poſt ⁊ hoꝛa qua ꝑuenit ad ipſũ mouet̃ ſignifica
tio illa. Secũdo modo intelligit̃ ꝙ virtus lune voluit̃ cũ virtute ſolis tri
bus diebus ante ſuã applicationẽ ⁊ ſic etiam remanet iuxta vſq̃ꝫ ad tres
dies poſt ſuã applicationem qꝛ coꝛpus ſolis habet. 15. gradus añ ⁊. 15.
gradus poſt. ⁊ coꝛpꝰ lune. 12. ante ⁊. 12. poſt. Modus autẽ primus ma

gis cōcordat cū opinione Ptolemei nihilominꝰ vterqꝫ habet rationem
⁊c̄. ¶ Notandū ꝙ ſicut in morbis acutis q̄rta ut plurimū eſt nūciatiua
ſeptime ⁊ ſic ꝑ tres dies an̄ apparet ſignū ſalutis uel timoris ita ſuo mo
do an̄ ꝯiunctionē uel oppoſitionē ſolis ⁊ lune potuit apparē principiū
ſignate mutatiōis in aere. Quere igiť cauſā huiꝰ ſi placet in diebꝰ creti-
corū. ¶ Sciendū iterū ꝙ qn̄ luna diſtat a ſole. 45. gradibꝰ an̄ uel poſt di
ciť in centro a ſole ⁊ ꝓpter ꝓpinquitatē cōiunctiōis uľ oppoſitiōis ſi aer
muteť tūc ſicut cōſueuit fieri potiſſime cū luna ē in centro a ſole ſm Al-
kindū ⁊ plures alios magis ad ſiľitudinē ſignationis uel oppoſitionis
mutabiť q̄ꝫ ad ſimilitudinē ſignatiōis alterꝰ figure: hoc aūt fit tribꝰ die-
bus cōpletis an̄ cōiunctionē ⁊ tribꝰ diebus poſt. vnde ſignator cōiūctio
nis modicū variauit locū ſuū in zodiaco in tanto tp̄e ⁊ iō illū locuꝫ uel
ſtellā fixā quā aſpicit: uel fuerit in centro ab eo qn̄ diſtat luna ab eo per
45. gradus. ſ. a ſole. ¶ Sciendū ſm haly vbi ſupra ꝙ in qualibet appli-
catione lune cum ſole debes formare angulos ⁊ inſpicere ſicut prius in
cōiunctionibꝰ ⁊ oppoſitionibꝰ. ¶ Itē ſm haly ibidē ſtelle lucentes ſunt
ille que ſūt prime magnitudinis ⁊ poſtea ſecūde magnitudinis ⁊ ſic de
alijs: ita ꝙ virtus earū creſcit cū mane apparuerint exeūdo radios ſolis
aut intrādo ſub radijs ſolis ⁊ ſic virtutes ſolis ⁊ lune q̄ꝫuis ſint victrices
tendūt tamen ad virtutes earū ⁊ poſtq̄ꝫ ita eſt cū ſtellis fixis magis de-
bet hoc iuenire in planetis. ꝑ cōmixtionē igiť virtutū earū poterimꝰ ſci-
re accidentia ꝑticularia cuiuſlibet diei. ¶ Itē haly expoſuit ſiľiter Non
minus ⁊c̄. vult dicere ꝙ qn̄ aliqđ luminariū tranſibit ꝑ aliquē angulo-
rū qui fuerit in applicatione ſua prima ſignabit ꝑ additioneꝫ uel dimi-
nutionē accidentis applicatiōis ⁊ additio erit ſignificatio ſui tranſitus
fuerit ipſa met ſignificatio radicis uel minutio ſi ſignificatiōes ſunt di-
uerſe. Et poſtq̄ꝫ ita eſt ꝙ applicuerit gubernatori aliqđ luminarium uel
ipſi gradui ſignificatiōis faciet idē vnde gradꝰ ſignificatiōis luminariū
qđ fuerit ſupra terrā in illa applicatiōe poſt modicū gradus ſolis ē gra
dus ſignificatiōis. Siľiter ſm fortitudinē āguli erit fortitudo rei ⁊ man
ſuetudo: qm̄ aſcendēs ⁊. 10ª fortiores ſūt alijs: ⁊ etiā hoc pꝫ i creſcentia
maris ⁊ nili. Unde qn̄ luna tranſit ꝑ aliquē gradū ſiḡtionis ſit in creſcē
tia additio. Vbi gratia: qn̄ luna tranſit ꝑ illud ſignū qđ fuit aſcendēs in
cōiunctiōe uel oppoſitione an̄ introitū ſolis in cancrū uel aliud ſignū ⁊
applicat gubernatori uel tranſiuerit ꝑ locū ꝯiūctionis uel oppoſitionis
ſiḡt augmentū nili niſi alia maior ſiḡtio hoc diſturbet. Item venti mo
uenť de vna p̄te ad aliā hora qua tranſit aliqđ luminariuꝫ ꝑ aliquē an-
gulū ex angulis aſcendētis ſiḡtionis ſm p̄tē ad quam declinat latitudo
lune ⁊c̄.

## Capitulū ſextum.

ITem ſi ille qui dn̄atˀ in cõiunctione uel oppoſitiõe fuerit hume
ctans ⁊ cõmiſcebitˀ cū ſtellis fixis humectantibꝰ ⁊ locus cõiun
ctionis uel oppoſitionis q̄ p̄ceſſit in loco humido aut luna uel
ſol in tali loco. hec res ſi vna. ſ. applicuerit alteri aſpectu aliquo
ſignat ꝙ erit illa dies humida ⁊ multe pluuie. Et ſi ſaturnus rebus iſtis
applicuerit erit pluuia fortis ⁊ damnoſa cū lubrigatˀ. Et ſi iupiter erit tē
peries ⁊ tempus ſaporoſum ⁊ omnes alias applicatiões intelliges hoc
modo. ¶ Itē quottidianos imbres lunaris p ſingula ꝓgreſſio manife
ſtare poterit ipſiꝰ g̊ in cardines ingreſſus eiuſq; cū venere ⁊ mercurio ac
reliquorū cum ipſa ſtellarū dū aleſtina tranſit aut oppoſitori applica
tio cognitionē nõ effugiat ſigna nāq; aquoſa ingrediens ⁊ ſupradictis
ſtellis applicās ipſa die pluuias ſignat ⁊ generat. ¶ Ad cuiꝰ rei maiorē
euidentiā ſigna aquoſa ſcire neceſſe humide: ⁊ ſūt venus ⁊ mercuriꝰ na
ture ⁊ luna expreſſius tanq; mercuriꝰ ⁊ venus ⁊ luna amicantˀ imbribꝰ.
venus itaq; horis qõlibet ſignorū obtinens aut lune itidē applicās im
bres ſignat venus itidē cū mercurio in ſignis aquaticis ⁊ luna ſimiliter
ſ; in fine ſigni alteri eoꝝ applicans ⁊ multos ꝓfitentˀ imbres pauciores
tn̄ q̄; in principio. luna itidē cum vener ⁊ abſq; mercurio in ſignis aqua
ticis itidē nõ aliud q̄; luna cū mercurio ibidē venere remota. Amplius
luna ī huiuſmõi quolibet veneri ⁊ mercurio applicās dū pluuiarū obti
neant ſigna. pluuiaꝝ notāt ꝯſtantiā q̄uſq; luna ab eis receſſerit. ¶ Ue
nus iterū mercuriꝰ ⁊ luna maliuolis applicantes nec eiſdē cõiuncte die
ipſa pluuiā inducit. applicātes autē eidē aut cõiuncte negant: venꝰ cum
ſole locata dū vtriq; mercurio ⁊ lune iungatˀ eadē die nubibꝰ redūdant.
Mercuriꝰ autē ⁊ venꝰ capricornū applicās ⁊ luna in tauro aut ī piſcibꝰ
idē. Itē p̄dictarū altera in capricorno ⁊ luna in tauro aut in virgine ve
neri ⁊ mercurio de oppoſitiõe applicās ad ipſu; p̄cipue dū luna ī tauro
cū cauda moretˀ ⁊ a ſaturno recedat: ac venus cū ipſo marte in aquario
⁊ mercurio in piſcibꝰ aut capricorno ea nāq; die imbribꝰ ether onoratˀ.
¶ Itē ſi ille ⁊c. haly in fine gloſe. 1 ͦ ca ͦ ſecūde p̄tis q̄driptiti Ptolemei
Itē quottidianos ⁊c. haomar in penultio ca ͦ ⁊c. Capitulū ſeptimū.

ITem cū ſol eſt in hemiſperio auſtrali ⁊ venꝰ ſub radijs eiꝰ eide;
luna applicāte ipſe die ⁊ hora p̄tendit imbres futuros: nõ minꝰ
quoq; mercurio aduſto ſi luna eidē applicat aut eidē oppoſita i
ſcorpione moretˀ. hoc etiā idē martis ⁊ veneris ſub ſcorpiõe ven
tos indicabit. Itē cū ſol eſt ⁊c. Iſta ꝓpoſitio cū conſequentibꝰ habetˀ in
libro Cū multa ⁊c.

## Capitulum octauū.

Item ſole in aquario exiſtente luna eidē applicante aut in eiꝰ oppoſitione locata ⁊ venꝰ ibi cōmoret̄ in ipſa hora pluet. Itē quoqꝫ ſolis ad venerē aut veneris ad ſolē applicatio luna in eoꝝ oppoſitiōe aut tetragono diſcurrēs cū venus cōbuſta fuerit certū de pluuijs fiet iudiciū: qꝫ ſi cōuenerit ⁊ mercuriꝰ pariter cū illis diſcurrat imbres cōtinuos eadē die reportet. lunaris etiā: vnde licꝫ i eis aſpectꝰ nec imbres ſubierūt. Itē cū ſol in libra ⁊ venus in ſagictario luna eis comitate ipſa die pluuias inducūt ⁊c̄. Itē ſol in aquario luna in leone eadē die minꝰ imbriū erit diſcurſus: Itē mars ſol reſpiciēs ⁊ luna dū venus ⁊ mercurius hāc aut illū comitant̄ imbres p̄ſītes ⁊ groſſas inſinuūt guttas. Sic quoqꝫ in domo veneris aut martis ariete videlicet aut ſcorpione ſtille grandes tonitrua ⁊ coruſcationes generant̄. Itē ſol rurſū in piſcibꝰ uel ariete diſcurrens luna in virgine aut libra uel ſagictario cōmorante in vaporoſis vtriqꝫ locis ipſa die imbriū tulit effluentiā. Ampliꝰ autē mercurij in eodē loco cū ſole in domo veneris diſcurrēs ⁊ etiā luna imbriū ſtillas grauiſſimas lampades ⁊ tonitrua p̄tendit. Itē in leone virgo piſces ⁊ etiā ariete libra ſcorpius luna in ſolis oppoſitione aut cū venere diſcurrēs ſtillas nō ſine lampadibꝰ tonitruo ⁊ fulgure mittit. Itidē etiā luna in leone lāpades tonitrua ⁊ fulgura generant̄: pari qꝫ mō in regionibꝰ eqnoctialibꝰ linee ſubiectis in ſecūdo climate tertio uel q̄rto horū inerit mediocritas i. 5º ⁊ in. 6º remiſſiꝰ. mars quidē retrogradꝰ ſi eū aſpexerit ſol: fulgura quidē virentia cadūt. Item luna in hoſpitio martis. ſ. ſcorpiōe. Mars autē in ſuo dn̄io poſito diſcurrēs ſol in aq̄rio uel i piſcibꝰ ſitus die ipſa pluuiaꝝ notāt redūdātiā. Sole quidē in piſcibꝰ ⁊ luna ⁊ marte i reſpectu fulgura erūt ⁊ tonitrua ⁊ pluuiarū redūdātia ⁊ fulgurū lapſꝰ. Itidē etiā ſol i ariete ⁊ ſcorpiōe luna in leōe ⁊ ſagictario aut i ſolis cōuentu. Itē ſol in capricorno luna i tauro aut virgine piſcibus aut ſcorpiōe vētos generat frigidiſſimos nō minꝰ eodē in capricorno ⁊ potiſſimū in aquario exiſtēte dū ſaturnꝰ in oppoſitiōe eorū diſcurrat ⁊ alterū luna aſpexerit. Itē ſole ⁊c̄. hoc ibi ſupra.

## Capitulū nonū.

Item ſi luna ſit in centro a ſole iudicandū eſt ſicut prius i oppoſitione uel cōiunctiōe. luna itaqꝫ in manſionibꝰ eq̄lis cōplexionis ac ſiccis diſcurrens aut ſi deinceps ſtellis inferioribꝰ q̄ loco ſunt rationis aut in ſignis aquaticis ſuperioribus applicet pluuiarum in maxima parte eſt iudicium. Signa autem aquatica ſunt cancer leo ſcorpius ⁊ aquarius. Stella autem que rores portendunt ſunt luna venus ⁊ mercurius. Si igitur lunam de huiuſmodi ſignis

reſpiciāt aut cū ipſa moren̄t luna etiā de locis humidis eiſdez applicet imbres innuit timendos: ea eni de locis ſiccis ꝛ equalib⁹ applicans uel reſpiciens mediocres oīno pluuias inducit. luna itidē in ſingulari ꝛ ꝓpria natura nebulas ꝛ imbres etiā raras affert candidas ꝛc̄. Item cū luna ꝛc̄. hoc extrahit a Japhar in pagrapho Eſt itaqꝫ tetragonus. ꝛ forte hoc alibi ut credo ſatis habet. q̄re hoc. ¶ Uult tn̄ ibi ꝙ a p̄mo ingreſſu ſolis in librā ꝛ ꝑ totū annū ꝛ in exordio anni ꝛ ꝯiūctionib⁹ ꝛ oppoſitionibus ſolis ꝛ lune ꝛ in centris lune fiat ſicut docuit in cōiunctione i illa ꝑpoſitione Inquires ꝛc̄. ad euidentiā p̄dictorū.

¶ Sequit̄ quinta pars libri de iudicijs mutationū aeris ꝑ cōiūctiōes ꝛ aſpectus lune cū alijs ſtellis. Et aliarū ſtellarū ad inuicē ꝛ de pn̄tia lune ꝛ aliorū a ſole in certis locis zodiaci.

CUm ad aliquē terminū certū diſpoſitiōes aeris volueris p̄noſticare: ſcias primo loca omniū planetarū ad eūdem terminū: ꝛ ille planeta qui plures fortitudines uel teſtimonia habuerit i ſuis ſignis erit diſpoſitor tp̄is ſm̄ ſui naturā. Conſidera tn̄ fortitudinē aut debilitatē quā habuerit diſpoſitor a cōiunctiōe uel aſpectib⁹ ſuorū ſimiliū aut ſuoꝝ contrarioꝝ: ꝛ ex loco ſuo in eccentrico ꝛ epicyclo ꝛ ex nā cōi temporis ꝛ ex hoc iudica qualitates aeris. Sic igit̄ poteris p̄cognoſcere qn̄ erit calor p̄excellens qn̄ plures planete calidi habuerint plura teſtimonia ꝛ cū hoc ſe aſpexerint de tertio aſpectu. Cognoſces etiā frigus p̄excellens ꝑ teſtimonia frigidorū planetarū. Poteris etiā p̄cognoſcere humiditatē p̄excellentē ꝑ planetas humidos abundantes teſtib⁹ ꝛ potiſſime cū ſe aſpexerint de tertio ꝛ in ſignis aquoſis. Cū ad aliquem ꝛc̄. hoc extrahit̄ a quodā libello q incipit Ad p̄noſticandū diuerſā aeris diſpoſitionē ꝛc̄. ¶ Sciendū ꝙ iſte auctor ſic ꝑtendit. Primo ponit ſignorum qualitates ſicut prius patuit ꝑ tabulā. Poſtea ponit nās planetarū nec oīno ſicut alij dicūt: dicit: ſaturn⁹ eſt ſūme frigidus ꝛ ex ꝯſequēti ſiccus. Jupiter ē temperate calid⁹ ꝛ humidus plus tn̄ abundat in eo caliditas q̄ꝫ humiditas. Mars ſuperflue calidus ꝛ ſiccus plus tamen calidus q̄ꝫ ſiccus. Sol temperatiſſime calidus ꝛ ſiccus: ꝛ ut verius dicam: inter qualitates ſumme equalis. Uenus temperate calidus ꝛ ſuperflue hu-

humidus.mercurius autē inclinat̄ ꝑ naturam ſuā ad eum planetaꝫ cui cōplectit̄ ex planetis ⁊ ſignis : dicit̄ tñ in ſe frigidus ⁊ ſiccus. luna vͦ in natura ſua dicit̄ temperate frigida ⁊ ſumme humida. Unde dicit̄ fons humiditatis ſicut ſol eſt fons caloris q̄uis ſol ſit temperatiſſime calidꝰ. ¶ Poſtea dicit ꝙ planeta in domo ſua habet quinq; fortitudines ⁊ dignitates ſeu teſtimonia.⁊ in exaltatione quattuor.in triplicitate tres.in termino duas.in facie vnā. ¶ Poſtea oſtendit que ſit domus exaltatio ⁊c̄.ſicut prius ⁊c̄.patuit ꝑ tabulā vbi ꝙ ponit leonem ꝓ domo ſolis:cancrū ꝓ domo lune. librā veneris.arietē martis. ſagictariū iouis.⁊ capricornū ſaturni.qꝛ ut dicit ibi fuerunt creati in origine mūdi. Poſtea dicit ꝙ quinq; planete habent accidētales poteſtates in quinq; ſignis reſiduis ut ſaturnꝰ in aquario.iupiter in piſcibus. mars in ſcorpiōe.venꝰ in tauro.mercurius in geminis vnde dicunt̄ eoꝝ accidentalia domicilia.Sciendū tñ ꝙ nos vtimur hic.ſ.ꝙ planete in iſtis domicilijs tot fortitudines habent ſicut in alijs ⁊c̄. Poſtea dicit ꝙ planete fortunant̄ qñ aſpiciūt ſeinuicē aſpectu amicabili uel debilitant̄ ſi aſpiciunt ſe aſpectu inimicitie. ⁊ hec amicitia uel inimicitia fit ꝓpter contrarietatē uel ſimilitudinē ſignoꝝ in qualitatibꝰ primis ſicut patuit prius. Ponit etiam ⁊ aſpectus ſicut pirus. Poſtea dicit ꝙ cōiunctionē dicunt aſtrologi aſpectum fortiſſimū.nos autē inuenimus multotiens oppoſitū.ſ.aſpectus ꝗ primus dicebant̄ eſſe fortiores ⁊c̄. Poſtea dicit ꝙ alie ſūt fortitudines uel debilitates planetarū quas accipiunt ex diuerſo eſſe in ſuo epicyclo ſcꝫ ortus ⁊ occaſus ꝓgreſſio ſtatio ⁊ retrogradatio: ⁊ ſicut patebit inferius. Fortior eſt qñ eſt in ortu uel ꝓgreſſiuus q̄ꝫ occidentalis uel ſtationarius uel retrogradus. Poſtea dicit ꝙ omis planeta in ſuꝑiori ꝑte ſui deferentis fortiorē habet in iſtis inferioribꝰ oꝑationeꝫ q̄ꝫ in inferiori ⁊ hoc eſt ꝓpter eius motum velociorē ſm reuolutionē diurnā. velociꝰ mouet̄:ipſe ꝓbat ꝑ hoc ꝙ paralellus eqnoctiali a planeta deſcriptus eo exiſtente in auge deferentis maior ⁊ plus diſtat a ſuo centro q̄ꝫ ille qui eſt deſcriptus eo exiſtente in oppoſito augis ⁊ ſic cū magis ſpacium ꝑtranſeat in equali tp̄e velocius mouet̄ ſm reuolutionē diurnam. Cum gͦ ſm ph̄os ⁊ aſtrologos ſm motus ſuꝑiorū mouent̄ iſta inferiora. ⁊ hoc etiā notabiliter patet ꝙ ſol aſcendit augē creſcent̄ vegetabilia:qñ autē recedit fit econuerſo.hoc etiā patet potiſſime in effectibꝰ lune:qꝛ in qualibet oppoſitione ⁊ cōiunctione ſolis ⁊ lune fluxus eſt maximus: ⁊ hoc eſt qꝛ tunc eſt in auge deferentis. qñ autē eſt in quadraturis ad ſolē tunc fluxus minus ⁊ hoc qꝛ tunc eſt in oppoſito augis. Et nota ꝙ oriente luna cōgregant̄ vndiq; aque ⁊ tumulant̄ ⁊ eleuant̄ quaſi verſus ſuā cauſaꝫ ⁊

originē: ⁊ ceſſat talis eleuatio donec venerit ad mediū celi ⁊ cuꝫ ibi fue
rit minuit̄ tumor ille ⁊ fluunt aque ad locum oppoſitū ⁊ generat̄ tumor
conſimilis ⁊ hec eſt cauſa quare ſunt duo fluxus in die naturali ⁊ ſic ca
cumen aque mouet̄ ſicut luna ab oriente in occidēs ⁊ ſe tenet ſemꝑ ver
ſus lunā. ¶ Infortunant̄ etiam planete cū fuerint ꝓpinquiores zenith
capitis ⁊ debilitant̄ cum fuerint remotiores. Poſtea ponit tabulam ro
tundā ad cognoſcendum fortitudinē planetarū ⁊ totum patuit ꝑ tabu-
las prius poſitas in introductorio. Poſtea ponit practicam ſꝫ nō oīno
nec ita explicite ſicut poſitum eſt: qđ tñ ſupius in textu dictū eſt extrahe-
re aut ab alijs que explicite dicunt̄ aut ab illis que ꝑ ſuuꝫ ꝓceſſum ⁊ per
ſua exempla dant̄ intelligi. ¶ Poſtea exemplificat ⁊ hoc ꝑ teipſum poſ
ſes facere: poterunt etiā adduci exempla ad tempus noſtrū. ¶ Nota ꝙ
ſicut ad cognoſcendū quando erit aer aquoſus cōſideranda ſunt ſigna
aquoſa ita intelligendū de calidis ſuo modo ⁊ ſic de omnibus qualita-
tibus ⁊c̄. ¶ Dubitatur vtrū planete velociꝰ moueant̄ motu diurno eis
exiſtentibus in auge q̄ꝫ in augis oppoſito. videt̄ ꝙ nō: quia qñ velocius
mouent̄ ꝓprio motu tardius mouent̄ motu diurno cuꝫ iſti duo motus
ſint ad oppoſitas partes igit̄ ⁊c̄. Item dubitat̄ vtrū plus influant in iſta
inferiora cum ſint in auge: ⁊ videt̄ ꝙ nō: qꝛ cum ꝑlumen opent̄ ⁊ corpa
eoꝝ minora videant̄: minus vident̄ influere. Item exemplū de ſole nō
videt̄ ad ꝓpoſitum: qꝛ ego dico ꝙ creſcentia herbaꝝ ⁊c̄. nō fit ꝓpter pro
pinquationē ſolis ad augē ſꝫ quia ſol eſt magis ꝓpe zenith capitis.
¶ Item videt̄ male dicere ꝙ aque fluūt ad locum oppoſitū lune ⁊ gene
rat̄ ibi tumor quia cū luna ſit quaſi mater humiditatis videt̄ ꝙ in par-
te oppoſita nō debeat eſſe tumor aque imo tm̄ verſus lunā. Ad primū
quere reſiduū.

## Capitulū ſecundūū.

Item cū volueris ſcire temporis varietatē: ſcito ſigna diuerſorū
planetarū vtrū ſint calida uel frigida: ꝙ ſi fuerint calida ſignāt
calorem in eſtate ⁊ temperamentū in hyeme. Si in ſignis frigi-
dis ſignant frigiditatē in hyeme ⁊ temperamentū aeris in eſta-
te. Similiter cuꝫ cōiuncti fuerint in aquaticis ſignāt ſupfluas in hyeme
pluuias ⁊ temperamentū uel multitudinē roris in eſtate. ¶ Item cum
fuerint planete ponderoſi quibus debet copulari aſpectus ſolis in dire
cto alicuius ciuitatis. ſ. in ſignis ſeptētrionalibus ſignāt ſiccitatē ⁊ terre
ſterilitatē. Cuꝫ vͦo elongati fuerint. ſ. cū fuerint in meridionalibꝰ ſignat
multitudinem pluuiarū. ¶ Item ponderoſi omnes orientales ſignant
multitudinē pluuiarū in hyeme ⁊ nimiā ſiccitatē in eſtate ſi occidenta-
les fuerint. Stella rurſū in qualibet domo eiuſdē nature diſcurrēs ⁊ re-
cepta dū recipiens bonū obtineat locum debitus oīno ſequit̄ effectus.

optima quidē ⁊ maior de efficacia certitudo ſi in ipſi⁹ natura cōſtiterit. Ad hec etiā luna cū ioue ⁊ venere ac mercurio ex vna pte applicans imbres generat eſtiuātes. In auſtro quidē magis imbrib⁹ opportunū reuere potiſſimū ⁊ ioue receptis ⁊ luna gradū ſolarē in cōuentu euaſerit. Saturn⁹ eni in ſignis humidis pluuijs minime ↄtradicit. ⁊ hoc modo ī lune applicatione exequendū erit. ſi vo in eadē pte ↄiūgant̄ dū inferior ſub ſupiori moret̄ cuiuſmodi ſūt mercuri⁹ iupiter ⁊ venus ⁊ mars. luna etiā ⁊ ſaturn⁹ quotiēs igit̄ ambo cuiuſlibet inferiori applicet poſtq̄ʒ inferior a ſupiori ſeſe euaſerit rores eſtuare neceſſe eſt. ¶ Itē cū volueris ſcire ⁊c̄. hoc habet̄ in. 6°. ca°. meſſabalach: qualit̄ debeā planetis ponderoſis copulare ſolē. q̄re. Stella rurſū ⁊c̄. hoc habet̄ ī libello q̄ incipit Cū multa. ⁊ qꝛ ſatis obſcure loquit̄ querat̄ expoſitio. Capitulū tertiū.

ITem teſtimoniū eſt ut cū mane videat̄ quantū eſt a ſole in ſaturnū ⁊ tantuʒ a loco lune cōputet̄ ꝙ ſi cōputatio finiat̄ in domo martis uel ſolis ſerenitatē notant: ſaturni nubila: lune veneris pluuiā. mercurij ⁊ iouis ventos: manſio etiā notanda ē in qua finiat̄ cōputatio ſi ſit humida uel ſicca ſm̄ quā iudica. Itē ſi hāc partē mercuri⁹ aſpiciat aut potius cū ea eſſe cōtigerit eadeʒ die ventos ꝓcreari neceſſe eſt: fortiores quidē luna eā comitante p̄cipue ſi ven⁹ eidem cōſors extiterit. Itē conſidera introitū lune ī primo pūcto cuiuſlibet ſigni ⁊ qui eā deproprio fouebit aſpectu ducat⁹ officiuʒ ꝓ hui⁹ rerū indagatione merito vendicabit. Itē magnū teſtimoniū ⁊c̄. hoc in quodā extrauagāti ca° q̄ incipit Uolens aūt ſcire. Idē Abraham auenezre. Ideʒ in libro haomar in fine capl'i 2ⁱ q̄uis ibi dicat̄ ꝙ ab haomar fuit p̄termiſſa hec pars: ipſe tn̄ nō poſuit ꝙ ſi cōputatio finiat̄ vſqʒ ibi. Itē ſi mercuri⁹ hauc ptē aſpiciat ⁊ p̄cedentes hoc vltimū nō ponūt. Sʒ ſi oīa hec cōcurrūt fortius efficiet̄ iudiciū. Itē conſidera. hoc haomar in fine capituli ſecūdi. Capitulū quartū De hora pluuie.

ITem luna intrās cancrū hora ſolis. virginē hora veneris. librā hora iouis. ſagictariū hora ꝓpria. taurū hora martis. geminos hora mercurij. ſi ḡt ſm̄ naturā dn̄i ⁊ ſigni in quo tpe eſt. Itē cuʒ luna intrat aquariū uel ſcorpionē uel capricornū hora ſaturni ſignat q̄ hora erit mutatio aeris. Qn̄ aūt ps. i. grad⁹ triū planetaꝝ atqʒ veneris. ſ. ⁊ mercurij ⁊ lune erit in aliq̄ ſignoꝝ aque ⁊ diriget̄: in illo abūdabit pluuia adeo ꝙ nocebit ppl'o. Itē luna intrās ⁊c̄. hyſpalenſis ideʒ niſi ꝙ ipſe dicit ſignat pluuiā ad modū ſigni in q̄ dies ſigni uel hore eſt Alkindus etiam ibidem niſi ꝙ ipſe addit leonem hora iouis aut etiam libram ſignificat pluuiam ⁊ ventū ſm̄ naturā ſigni ⁊ ꝙ erit de ſubſtanta iſtorum ſignorū erit. Similit̄ idē haomar niſi ꝙ ipſe dicit ſagictariū

hora mercurij ꝛ ibi dicebat̃ geminoſ hora mercurij. dicit etiã geminos leonẽ aut libram hora iouis ſubintrans vbiqꝫ imbres ventos atqꝫ fulgura ſignare credit̃: Ea etiã rurſum ſcorpij ſignuz hora ſaturni ingreſſa ventos nũciat frigidos. nã ipſius in aquariuz uel piſces ingreſſus aera ꝑturbat ꝛ ꝑuertit. Item cũ luna intrat aquariũ ꝛc. Alkindus igit̃ ſciendum ꝙ ꝑs hec accipit̃ ꝑ gradu ꝛc.

### Capitulũ quintũ De ſigno oriente ꝛ aſuph.

ITem hora tranſitus ſtelle de ſigno in ſignum: oriens certiſſimũ dinoſcat̃: vnde ſi fuerit ſignũ aquaticũ deſignat pluuiaſ: melius quidẽ ſignũ hui⁹ luna poſſidente pluuiarũ adminiſtrat ducatũ cuiuſcũqꝫ luna applicabit ſtella. quotiens eni luna eã cui applicat ſtellam ſequit̃ inundatiões pluuiarũ innuit. Venus rurſũ atqꝫ mercurius quotiens vterqꝫ alter ſignũ aquaticũ poſſidet ꝛ luna eis adiũcta imbres adauget niſi forte in maliuolo aſpectu uel cõiunctione cõmoretur. Itẽ ſaturno tranſeunte de vno ſigno in aliud fiunt dyachintes q̊s arabes vocant aſſub: uel quedã alia ſigna de natura ignis. Item venus intrans cancrũ pluuiã facit. Item hora tranſitus ꝛc. hoc haomar verſus finẽ illius capl'i Quottidianos ꝛc. Item ſaturno tranſeũte ꝛc. hoc in floribus hermetis. põt hic notari. ſ. tempus generationis cometarũ ꝛc. quere de hoc. Item venus intrans ꝛc. hoc Albumaſar ꝛ plures alij ꝛc.

### Capitulũ ſextum.

ITem luna in ſigno feminino ſi aſpiciat planetã retrogradum in ſigno feminino ſtatim pluet. Itẽ luna iuncta planete retrogrado aucta lumine ſignũ eſt pluuie. Item luna in ſigno ꝛc. Hyſpalenſis addit cũ luna fuerit in domo feminina ut orientalis uel occidentalis quarta ꝛ conſiderat eã planeta retrogradus i ſigno feminino neceſſario pluuia erit ꝛ videt̃ ꝙ ꝓpoſitio hec ſupponat aliquã aliã ſignificationẽ planetarũ ſicut ꝑ apertionez portarũ ꝛ huiuſmodi. ꝛ ſic cõtinuaret̃ cum dictis hyſpalenſis ꝓcedentib⁹. Item luna iũcta ꝛc.

### Capitulũ ſeptimũ.

SCias iterũ ꝙ luna declinatione meridionali qñ applicatur cũ directis ꝛ eſt ſignatio ſiccitatis mouet̃ aer ad ſũmũ frigidũ ſi fuerit minuens lumine. Et qñ fuerit in declinatione ſeptẽtrionali ꝛ calor eſt in eſtate ꝛ applicat̃ cũ planetis retrogradis ꝛ erit addens lumine ſuo mouebit̃ diuerſitas ventorũ ꝛ ſi fuerit minuẽs lumine minuet̃ illud. Itẽ ſi lune in ſcorpione opponit̃ mars pluuie abundabunt maxime ſi fuerit ſol in aquario uel piſcibus. Itẽ cum luna eſt in oppoſito aut cuz

venere in piſcibus ariete libra ⁊ ſcorpione erunt lampades tonitrua ⁊ fulgura. Scias iterũ ⁊c̃. hoc Alkindus in fine quarti capituli. Jtẽ ſi lu ne in ſcorpione ⁊c̃. Jtẽ cũ luna ⁊c̃.

Capitulũ octauũ.

Tem cũ ſol eſt in hemiſperio auſtrali ⁊ venus ſub radijs eius ſi luna ſibi applicet ſtatim pluet. Jtem cũ venus in ſcorpione uel aquario uel capricorno cõiungitꝗ luna ei uel eã aſpicit ſignificat pluuiã multaꝫ. Similiter mercu rius in ſtatione aliquo triũ p̃dictorũ ſignoꝝ ſic fit tribus planetis cõiunctis in aquario. Jtem cum luna mercurio aduſto applicat aut de ſcorpione opponit̃ pluuiã. Jtem cuꝫ ſol ⁊c̃. Jtẽ cum venus ⁊c̃. Jtem cum luna mercurio ⁊c̃.

Capitulũ nonũ.

Una igit̃ a marte diſcedens eadẽ die pluuias innuit in ſi gno p̃cipue aquatico ꝑ ſingulos autem dies ꝑ ſigna que imbrib⁹ dicant̃ erit diſcretio ſicut cancer ſcorpio aquari⁹ ⁊ leo: p̃cipue aquari⁹ ⁊ leo. Stelle iterũ pluuiaꝝ ſignifica tiue venus mercuri⁹ ⁊ luna: potiſſimũ venus ⁊ mars. ve nus iterũ p̃dictoꝝ q̃libet occupans dũ ea in extremo ſi gni uel medio cõmoret̃. Luna iterum ſigna aquatica ꝑmeando veneri applicans eadẽ die pluuiarũ innuit redũdantiã. Uenus itidẽ ⁊ mercu rius dũ huiuſmodi ſigna ꝑambulant etiam luna ſil'iter alteruter appli cans ⁊ finẽ ſigni obtinens pluuias priorib⁹ tñ minores aduehent. Lu na itidẽ ⁊ venus in ſignis aquaticis mercurio ab eis remoto pluuiarũ habet iudiciũ nec aliud dũ mercuri⁹ ⁊ luna ad hui⁹modi ſigna ꝑueniũt licet venus in pluuioſo nõ ambulet. Luna in eiſdẽ ſignis veneri ⁊ mer curio applicans dũ ſimilia gradiant̃ aut cũ eadem diſcurrant donec lu na ab eis ſeparet̃ pluuias renouãt. Luna igit̃ a marte ⁊c̃. hoc haomar ĩ fine ⁊ aliqua ibi ponunt̃ que ſũt ſimilia eis ſeu illis que ſequũtur in illa ꝑpoſitione que ſic incipit Jtem quottidianos imbres ⁊c̃.

Capitulũ decimũ De planetis pluuioſis.

Tem ex cõiunctiõe ſaturni ⁊ iouis fit frigus. Jtem ſi ſol ſaturnus ⁊ iupiter fuerint in aliquo ſignoruꝫ aquaticorũ ⁊ cauda cũ illis timendũ eſt in illa parte ſigni de pluuijs multis cũ torrentibus corrũpentib⁹ ciuitates ⁊ hoc cum adiuncti fuerint in hyeme etiam ſimiliter in eſtate ⁊ erũt nubes grando aut aues equitantiũ ⁊ hoc erit ſm̃ mãſio nem lune cũ illis. Et ſi fuerit ſol cõiunctus ⁊ ſaturn⁹ ioue ⁊ marte ĩ vno

ſigno aqueo erit ſignū pluuie, ⁊ toꝛrentiū nociuarū ⁊ pluuiarū: ⁊ foꝛtius qñ adiungetᷣ cum ſole ⁊ marte in ſigno aqueo ſicut oſtēdi tibi ⁊ aſpiciet eos ſaturnꝰ ex q̈rto aut cōiungetᷣ cū eis. ſi fuerit in ſigno. 10º. inſpice venerem qñ intrabit ſub radijs ſicut mulier ſub viro. Itē ex cōiunctiōe ſaturni ⁊c̄. hoc in floꝛibꝰ hermetis. Itē ſi fuerit ſol iunctꝰ ⁊ ſaturnus ⁊c̄. hoc in 6º. caº. Alkindi. ⁊ nota ſi placet que ſūt ſtelle ſignificatiue aque. hoc dictū eſt pꝛius iō nō eſt vis. ⁊c̄.

## Capitulū vndecimū.

ITem temperātia aeris fit ex cōiunctiōe iouis ⁊ ſolis ⁊ hoc maxime cū cōiūctio illa fuerit in ſignis aeris. Itē ex cōiunctione ſolis ⁊ martis in ſigno bicoꝛpeo ⁊ tp̄e veris fit tenebꝛoſitas aeris ⁊ infirmitates frequenter cōtingūt. Itē eſtiuo tp̄e cū ſol in termino martis fit eſtus i hyemali ſiccitas ⁊ paucitas pluuiarū. Itē cū iupiter fuerit cōmixtus in aliqua virtute cū marte eſtiuo tp̄e in ſignis aquilonaribꝰ certiſſime pōt p̄dici q̄ nubes ⁊ ſcintillatiōes ⁊ tonitrua fient in aere: ita etiā ut piculū ſit hoībus futurū ꝓpter aeris peſtilentiā ex nimia coꝛuſcatiōe futura. Itē tēperantia aeris ⁊c̄. hoc in floꝛibꝰ hermetis. Itē cum iupiter ⁊c̄. hoc Albertus in fine capituli de tonitruis ⁊ pōt notari cauſa ſi placet ⁊c̄.

## Capitulū. 12.

ITem martis ⁊ veneris ſub ſcoꝛpione cōuentus pluuiam facit. Item venus in ſcoꝛpione exiſtens a marte reſpecta ꝓpter maria que ſcoꝛpio habet pluuiarū: ſi vͦo martis caret reſpectu ex relicto ducatu nō multa imbꝛiuꝫ erit vbertas. Item martis ⁊ veneris ⁊c̄. Item venus in ſcoꝛpione hoc in libello qui incipit Cū multa ⁊c̄.

## Capitulū. 13.

